hostiũ dñi. Hijs qui erant in bethel
⁊ qui in ramoth ad meridiẽ. ⁊ qui
in iether. ⁊ qui in aroer. ⁊ qui in sa
phamoth. ⁊ qui in esthamo. ⁊ qui in
thachal. ⁊ qui in urbibꝫ ierameel. et
qui in urbibꝫ cheni. ⁊ qui in arama.
⁊ qui in alcualam ⁊ qui in achaph. ⁊
qui in ebron. ⁊ reliquis qui erant in
hijs locis. in quibꝫ cõmorati fuerant
dauid ⁊ uiri eius.

CAPXXI

Philistiim aũ pugnabant ad istã
istb. ⁊ fugerunt uiri istb aĩ facie
philistiim. ⁊ ceciderunt uulnerati in mon
te gelboe. Insecutiq; philistiim ia
huel ⁊ filios eius. ⁊ percusserunt ionathan
⁊ abinadab ⁊ melchisue filios saul.
Porrõ pondꝰ pressit ipsum est in saul. ⁊
consecuti sunt eũ uiri sagittarij. ⁊ uul
neratus est uehementer a sagittarijs. Di
xitq; saul ad armigerũ suum. Educ
gladiũ tuũ ⁊ punge me. ne forte ue
niant incircumcisi isti ⁊ illudant mi
illudentes mihi. Et noluit armiger eius.
fuerat enim nimio timore perterrit⁹. Arri

Et mortuus est dd.

puro tract̃ saul gladiū suū. ⁊ ruit
sup eum. Qđ cum uidisset armiger
eius timuit. qđ mortuus esset saul.
ruit etiam ipe sup gladiū suū.
⁊ mortuus est cum eo. Sic mortuus e
est saul ⁊ tres filij eius. ⁊ armig̃ illius.
⁊ uniuersi uiri eius in die illa pariter.
Videntes aũ filij israel quia fugerat saul
et nullam. ⁊ transiordanen. qđ fugissent
uiri israel. ⁊ qđ mortuus esset saul
⁊ filij eius. reliquerunt ciuitates
suas ⁊ fugerunt. Veneruntq; philis
thiim ⁊ habitauerunt ibi. Itaq; alia die al
tera. uenerunt philisthiim ut exspo
liarent occisos. ⁊ inuenerunt
saul. ⁊ tres filios eius iacentes in
monte gelboe. Et ⁊ pedentim capite
saul. ⁊ exspoliauerunt eũ armis.
⁊ miserunt in terram philisthiim p
circuitū. ut annuntiarent in tem
plo ydolorum ⁊ in plis. ⁊ posuerũt
arma eius in templo astharoth. corpus
aũ eius suspenderũt in muro bethsan. Qđ
cum audissent habitatores galaad quecũq;
fecerant philisthiim sa
ul. surrexerũt oēs uiri fortissimi. tam
bilaquerunt tota nocte. ⁊ tulerũt
cadaũ saul. ⁊ cadauera filiorũ eius de
muro bethsan. Veneruntq; ialabes. ⁊ cō
busserunt ea ibi. ⁊ tulerũt ossa eorũ.
⁊ sepelierũt in nemore ialabes. ⁊ ieiu
nauerũt septẽ diebꝫ. Explicit samuhel lib primus. Incipit
Actum samuhel lib. ii.
est aũ postquã mor
tuus ē saul ut dauid reuerteretur a cede amalech. ⁊ maneret in
siceleg duos dies. In die aũt tertia appa
ruit homo ueniens de castris saul ue
ste conscissa. ⁊ pulue aspersus caput.
Et ut uenit ad dauid. cecidit sup faciem
suam ⁊ adorauit. Dixitq; ad eũ dauid.
Unde uenis. Cui ait ad eum. de ca
stris israel fugi. ⁊ dixit ad eũ dauid. Quis
est uerbum qđ factum est. Indica mihi. Qui
ait. Fugit populus de prelio. ⁊ multi de
populo ceciderunt. ⁊ plo mortui sunt. Sed ⁊ saul
⁊ ionathan filius eius mortui sunt.
Dixitq; dauid ad adolescentem qui nun
tiabat ei. Unde scis qđ mortuus est
saul ⁊ ionathan filius eius. Et ait ado
lescens qui nuntiabat ei. Casu uenit
montem gelboe. ⁊ saul incumbebat
hastam suam. Porro currus ⁊ equi
tes appropinquabant ei. ⁊ conuer
sus post tergum suum uidensq; me. uocā
uit me. Cui cum respondissem ad
dixit mihi. Quisnam es tu. Et ait ad
eum. Amalechites sum. Rursumq; di
xit mihi. Sta sup me. ⁊ interfice me. quia te
nent me angustie. ⁊ adhuc tota anima
mea in me est. Stansq; sup eum oc
cidi illum. Sciebam enim qđ uiuere non
posset post ruinam. Et tuli diade
ma qđ erat in capite eius. ⁊ armil
lam de brachio illius. ⁊ attuli ad
te dñm meum huc. Apprehendens aũ
dauid uestimenta sua scidit oēsq; ui
ri qui erant cum eo. ⁊ planxerunt
⁊ fleuerunt. ⁊ uenerunt usq; ad
uesperam. sup saul ⁊ sup ionathan
filium eius. ⁊ sup populum dñi. ⁊ sup
domum israel. qđ corruissent gladio.
Dixitq; dauid ad iuuenem qui nuntia
uerat ei. Unde es. Qui respondit.

filii hominis aduene amalechite ego
sum. Et ait ad eum dd. Quare non timu
isti mittere manū tuam ut occidel xpm
dñi. Vocauitq; dd unū de pueris suis a
it. Accedens irrue in eum. Qui percussit
illum: et mortuus est. Et ait ad eum dd.
Sanguis tuus sup caput tuū. Os e
nim tuū locutum est adūsum te. di
cens. Ego interfeci xpm dñi. Planxit d
dd planctum hūiemodi sup saul et sup
ionathan filiū eius. et precepit ut docerent
filios iude arcum. sicut scriptū est in li
bro iusti. Sagitte tue sup montes tu
os interfecti sunt. Quomodo ceciderūt for
tes. nolite annunciare in geth. neq; an
nuncietis in compitis ascalonis. ne forte
letēt filie philistheorum. ne exultent filie
incircumcisoꝝ. Montes gelboe nec ros
nec pluuie ueniant sup uos. neq; sint
agri primitiaꝝ. qm ibi abiectus est cly
peus fortium. clypeus saul. qui non est
unctus oleo. a sanguine interfectoꝝ. ab
adipe fortiū. Sagitta ionathan numq̄
rediit retrorsum. et gladius saul nō est
reditus manus. Saul et ionathas amā
biles et decori in uita sua. in morte q̄
non sunt diuisi. Aquilis uelociores. leo
nibus fortiores. filie israhel sup saul flete.
que uestiebat uos coccino in deliciis. q̄
prebat ornamenta aurea cultui uro. Q
modo ceciderunt fortes in prio. Jona
thau in excelsis tuis occisus est. Doleo
sup te frē mi ionatha. decore nimis. et
amabilis sicut amorem mulierum. Sicut
mater unicū amat tuū filiū. ita te di
lygebam. Quomodo ceciderunt robu
sti. et perierunt arma bellica.

II. Factum est post hec consuluit dd dñm di
cens. Ascendam in unam de ci
uitatibus iude. et ait dñs ad eū. Ascen
de. Dixitq; dd. Quo ascendam. Et re
spondit ei. In hebron. Ascendit igit dd
et due uxores eius. achinoem iezrahe
lites. et abigail uxor nabal carmeli
tis. et uiros qui erant cum eo. duxit dd
singulos cum domo sua. et habitauerunt
in oppidis hebron. Venerunt uiri
uide. et unxerunt ibi dd ut regnaret
sup domū iuda. et nunciatū est dd.
q̄d uiri iabes galaad sepeliuerint saul.
Misit igit dd nuncios ad uiros iabes
galaad. dixitq; ad eos. Benedicti uos
dño. qui fecistis misericordiam hanc cum dño
uro saul. et sepeliistis eum. Et nunc red
dat quidem uob dñs misericordiam et ue
ritatem. Sed et ego reddam gratiam. eo q̄d fe
ceritis rem hanc. Confortentur ma
nus uestre. et estote filii fortitudinis. Li
cet enim mortuus sit dñs uester saul. tamē
me unxit domus iuda regem sibi.
Abner autē filius ner princeps exercitus
saul tulit hisboseth filiū saul. et tra
nsduxit eum per castra. regemq; co
stituit sup galaad. et sup iesuri. et sup
iezrahel. et sup ephraim et sup beniamin.
et sup israhel uniuersum. Quadraginta
annoꝝ erat hisboseth filius saul. cū
regnare cepisset sup israhel. et duobus
annis regnauit. Sola autē domus iu
da sequebatur dd. Et fuit numerus
dierum quos commoratus est dd in spe
lunca in hebron sup domū iuda. septem
annoꝝ et sex mensiū. Egressusq; est
abner filius ner. et pueri hisboseth
filii saul de castris in gabaon. Joab
autē filius sarue et pueri dd egressi

iunt: ⁊ occurrerunt eis xii⁹ p̄ncā
gabaon. Et cum in unū conuenis
sent: e regione sederunt. hi ex una
parte piscine: ⁊ illi ex alt̄a. Dixit
abner ad ioab. Surgant pu: ⁊ lu
dant coram nob. ⁊ respondit ioab.
Surgant. Surrexerunt ⁊ trāsierūt
numo duodecim de beniamin ex par
te hisbosech filij saul: ⁊ xij. de pue
ris dd. Apprehensoq; unusquisq; ca
pite comparis sui. defixit gladium
in latus contrarij: ⁊ ceciderunt si
mul. Vocatūq; est nom̄ loci illius a
ger robustor in gabaon. ⁊ ortū est
bellum durū ⁊ asperū in die illa: fugat⁹
q; est abner ⁊ uiri isr̄l a p̄sentia dd. ⁊
erant aūt ibi tres filij sarue: ioab et
abisai ⁊ asahel. Porro asahel cursor
velocissimus erat: q̄si unus ex capreis
q̄ morantur in siluis. Persequebatur a
asahel abner: ⁊ nō declinauit ad dexte
ram neq; ad sinistram omittens p̄se
qui abner. Respexit retro abner: pt
egit sua: ⁊ ait. Tu ne es asahel. Qui
respondit. Ego sum. Dixitq; ei abner.
Vade ad dexteram siue ad sinistram: ⁊
apprehende unū de adolescentibus: ⁊ tol
le ⁊ spolia eius. Noluit aūt asahel
omittere: quin urgeret eū. Iterumq;
locutus est abner ad asahel. Recede
noli me sequi: ne compellar confode
re in terram ⁊ leuare nō potero faciem
meā ad ioab fr̄em tuū. Qui audire
contempsit: ⁊ noluit declinare. Pcus
sit ⁊ eum abner aūla hasta in inguine ⁊ transfodit: ⁊ mortuus est in eod
loco. Omnes q; qui transiebant p̄ locū
in quo ceciderat asahel ⁊ mortuus
erat: stabāt. Persequentibus aūt
ioab ⁊ abisai fugiente abner: sol oc
cubuit. Et uenerunt usq; ad collem
aque duabus: qui est contra iuxta uiā
⁊ tenens deserti in gabaon. Congre
gatiq; sunt filij beniamin ad abner: ⁊
coagglobati in unū cuneū. steterunt
in summitate tumuli unius. Et ecce
clamauit abner ad ioab: ⁊ ait. Usq;
q; ad internitionē tuus mucro deuo
rabit? An ignoras q̄ pricolosa sit desp
tio? Vsq; quo nō dicis p̄pl̄o. ut omit
tat populus fr̄es suos? ⁊ ait ioab. Viuit
deus qui locutus tuisses mane: nec
cessasset p̄pls persequens fr̄em suū. Iuit
aūt ioab bucina ⁊ signum dedit exer
citui: nec ultra steterunt ultra neq;
uiuere certauū. Abner aūt ⁊ uiri eius
pergebant p̄ campestria tota nocte illa.
⁊ trāsierunt iordanē: ⁊ lustrata omni
bethoron uenerunt ad castra. Porro
ioab reuersus omisso abner: congre
gauit oēm p̄plm: ⁊ defuerunt de pue
ris dd decem ⁊ nouem uiri. excepto a
hel. Omnes aūt dd̄ pugnantes de beni
amin: ⁊ de uiris qui erant cum abner
trecentos sexaginta: qui ⁊ mortui
sunt. Tulerunt asahel: ⁊ sepelierunt
eum in sepulchro p̄tis sui in bethle
em. Et ambulauerunt tota nocte ioab et
uiri qui erant cum eo: ⁊ in ip̄o exclu
sulo pruenerunt in hebron.

Facta est aūt longa contentio
inter domū saul ⁊ domū dd. Dauid
p̄ficiens ⁊ semp̄ fortior: domus
aūt saul deficiens cotidie. Natiq; sūt
filij dd in hebron. Fuitq; p̄mogenitus
eius amnon de achinoem iezrahelite.

¶ post eū chelaab de abygail uxore
nabal carmeli. Porro ¶ctul ab talon
filē maacha filie tholomai regis gel
sur. Quartus aū adonias. ¶ filius a
gith. ¶t quint⁹ saphathia. ¶ filē abi
thal. ¶ sextus quoq; gethraam. ¶ de
egla uxore dñi. Hi ¶ nati sunt dñi in
hebron. Cum ḡ esset ꝑlium int domū
saul ¶ domū dñi. abner filius ner rege
bat domū saul. Erat aū saul con
cubina nomine resfa. ¶ filia aeha
dixit; hisboseth ad abner. Quare
ingressus es ad concubinam patris
mei. Qui iratus nimis ꝓpt uba his
boseth. ¶ ait. Numquid caput canis e
go sum adhuc hodie. qui fe
cerim misam sup domū saul ꝓris tui
¶ sup fres ¶ ꝓximos eius. ¶ nō tradidi
te in manu dñi. ¶ tu requisisti mi me
ꝙd argueres ꝓ mulierē hodie. Hec
faciat ds abner ¶ hec addat ei. nisi
sicut iurauit dñs dñi sic faciam ei
do. ut trāsferatur regnū de domo sa
ul. ¶ eleuetur thronus dñi sup isrl. ¶
sup iudam. a dan usq; bersabee. ¶ nō po
tuit ei respondē quicqm. ꝙ metue
bat illū. misit ḡ abner nuntios ad
dñi hebron. ꝓ se dicentes. Cui ē tra.
¶ ut loquerentur. Fac mecū amicitias.
¶ ecce manus mea tecum. ¶ reducā ad
te uniuersum isrl. Cui ait. Optime
ego faciam tecū amicitias. Sed unā
rem peto a te dicens. Non uidebis fa
ciem meam absq; ea adducta michol fi
liam saul. ¶ sic uenies ¶ uidebis me.
Misit aū dñi nuntios ad hisboseth fi
lium saul dicens. Redde uxorem meā
michol. quā despondi mihi centū ꝓpu
tij ꝓ phylistiim. Misit ḡ hisboseth. ¶ tu
lit eam uiro suo faltihel filio lais.
¶ equebatur; eam uir suus plorans
usq; baurim. Et dixit ad eū abner.
Vade reuertere. Qui reuersus est. ¶ cum
uenem quoq; uniuersi abner ad seniores
isrl dicens. Tam heri quā nudiustertius
querebamini dñi. ut regnaret sup uos.
Nunc ḡ facite. quia dñs locutus est
ad dñi dicens. In manu serui mei dñi
saluabo ꝓplm meū isrl de manu phi
listiim. ¶ omnium inimicorū eius. Locu
tus est aū abner etiam ad beniamin.
¶ abiit ut loqueretur ad dñi in hebron.
omnia que placuerāt isrl. ¶ uniuerso be
niamin. Venitq; ad dñi in hebron. cū
uiginti uiris. ¶ fecit dñi abner ¶ uniuer
sis qui uenerant cum eo conuiuium.
Et dixit abner ad dñi. Surgam ut cō
gregem ad te dñm meū regem omnē
isrl. ¶ ineam tecū fedus. ¶ imperes oīb⁹
sicut deliderat anima tua. Cum ḡ
dedusisset dñi abner. ¶ ille isset in pa
ce. statim pūs dñi ad ioab uenerunt
celis latronib⁹ cum ꝓda magna ui
rus. Abner aū nō erat cum dñi in he
bron. quia dimiserat eū. ¶ ꝓfect⁹ erat
in pace. ¶ ioab. ¶ omnis exercitus q erat
cum eo postea uenerant. Nuntiatū est
itaq; ioab a nonnullis. Venit abner
filius ner ad regem. ¶ dimisit eū. ¶ ab
iit in pace. Ingressus est ioab ad
regem. ¶ ait. Quid fecisti. Ecce uenit
abner ad te. Quare dimisisti eū. ¶ a
biit. ¶ recessit. Ignoras abner filiū
ner. quia ad hoc uenit ut decipiat te.
¶ sciat exitū tuū. ¶ introitum tuū.
¶ noscat omnia que agis. Egressus

tract ioab a dō. multo numios post
abner: ⁊ reduxit eum a cisterna sua
ignorante dō. Cumq; reduxisset abn̄
in hebron: locutus est eū ioab ad medium portæ ut loqueretur ei
in dolo. ⁊ percussit illum ibi in inguine: ⁊ mortuus est in ultionem sanguinis asahel fratris eius. Qd cum audisset dō rem iam gestam: ait. Sanctus ego sum ⁊ regnū meū apud dñm usq; in sempiternum. a sanguine abner filii ner: ⁊ ueniat sup caput ioab. ⁊ sup̄ omnem domū patris eius. nec deficiat de domo ioab fluxū seminis sui sustinens. ⁊ leprosus tenens fusum ⁊ cadens ⁊ indigens pane. Igitur ioab ⁊ abisai frater eius interfecerunt abner: eo qd occidisset asahel fratrem eorū in gabaon in prelio. Dixit aūt dō ad ioab. ⁊ ad omem plm qui erat cum eo. Scindite uestimenta uestra ⁊ accingimini saccis: ⁊ plangite ante exequias abner. Porro rex dō sequebatur feretrū. Cumq; sepelissent abner in hebron: leuauit rex uocem suā ⁊ fleuit sup tumulū abner: fleuit aūt ⁊ oēs plūs. Planxitq; rex abner ⁊ ait. Sequati in mortem solent iniqui mortuus es abner: manus tue nō sunt ligate ⁊ pedes tui nō sunt compedibus aggrauati: ⁊ sic solent cadere coram filiis iniquitatis corruisti. Congemuitq; omnis plūs: fleuit sup eum. Cumq; uenisset ut nullā multitudo cibum caperet dū dies clara adhuc diceret: iurauit dō dicēs. Hec faciat mihi dūs ⁊ hec addat. Si ante occasum solis gustauero panē uel aliud quicquā. Omnisq; plūs audiuit: ⁊ placuerunt eis cuncta que fecit rex in conspectu cuncti pp̄li. Et cognouit omnis uulgus ⁊ uniuersus israhel in die illa: quia nō actum fuisset a rege ut occideretur abner filius ner. Dixit quoq; rex ad seruos suos. Num ignoratis quia princeps ⁊ maximus cecidit hodie in israhel. Ego aūt adhuc delicatus ⁊ unctus rex. Porro uiri isti filii saruie duri mei sunt. Retribuat dūs facienti malū: iuxta malitiam suam.

Audierunt aūt filii saul qd occidisset abner in hebron: ⁊ dissolute sūt manus eius: omnisq; israhel perturbatus est. duo aūt uiri principes latronū erant filio saul: nomen uni baana ⁊ nomen alteri rechab filii remmon berothite de filiis beniamin. Siquidem ⁊ berothi reputata est in beniamin: ⁊ fugerunt berothite in gethaim. fuerunt ibi aduenę usq; in tempus illud. Erat aūt ionathe filio saul filius debilis pedibus: annorum quinque eū fuit qui uenit nuntius de saul ⁊ ionatha ex iezrahel. Tollens eum nutrix sua fugit. Cumq; festinaret ut fugeret: cecidit ⁊ claudus effectus est. Huius nomen mifiboseth. Dormiebant filii remmon berothite rechab ⁊ baana: ingressi sunt feruenter die domus ishboseth. Qui dormiebat sup stratū suū meridie: ⁊ ostiaria domus purgans triticum obdormierat. Alii fratres ipsius rechab latenter ingressi sunt: ⁊ usq; seruum eius in inguine. rechab ⁊ baana frater eius fugerunt. Cum aūt ingressi fuissent domū: ille dormiebat sup lectum suum in cenaculo. ⁊ percu

rel inferentium eū. Sublatoq; capite eius abierunt p uiā deserti tota nocte. Et attulerunt caput hisbosech ad dñm in hebron. Et cuncta ad regē tulerunt caput hisbosech filij saul uenientes in urbem eius. Ipsum interfecerant in domo cubilis sui. Et decollauerant eum. Tulerunt autem caput eius. Et lauerunt illud in uallē hebron. Et sepelierunt illud sepulchro abner.

Et uenerunt omnes tribus israel ad dñm in hebron. Dicentes. Ecce nos os tuum. Et caro tua sumus. Et heri et nudiustertius cum esset saul rex super nos. Tu eras educens et reducens israel. Dixit autem dñs ad te. Tu pasces populum meum israel. Et tu eris dux super israel. Venerunt quoq; et omnes maiores de israel ad regem in hebron. Et percussit cum eis rex dñs fedus in hebron coram dño. Unxerunt quoq; dñm in regem super israel. Filius quadraginta annorum erat dñs cum cepisset regnare. Et septem annis regnauit in hebron super iudam. vij. annis. Et sex menses in ierusalem autem regnauit super omnem israel. Et tribus annis regnauit super iudam. Et abner rex et omnis turba qui erant cum eo in ierusalem. ad ebulseum hetrorseum ierunt. Dixerunq; ei. Ad dñm ab eis. Non ingredietur hinc. nisi abstulerit claudos et cecos dicentes. Non ingredietur dñs huc. Cepit autem dñs arcem syon. hec est ciuitas dñi. Apposuerat eum dñs in die illa primum qui percusserit iebuseum et tetigerit domum eius. Claudos et abstulerit claudos et cecos odientes animam dñi. Idcirco dicetur in proverbio. Cecus et claudus non intrabunt templum. Habitauit autem dñs in arce et uocauit eam ciuitatem dñi. Et edificauit per gyrum a mello et introrsum. Et ingrediebatur proficiens atq; succrescens. Et dñs deus exercituum erat cum eo. Misit quoq; hiram rex tyri nuncios ad dñm. Ligna cedrina et artifices lignorum ac lapicidē lapidū ad parietes. Et edificauerunt domum dñi. Et cognouit dñs quia confirmasset eum dñs regem super israel. Et quia exaltasset regnum eius super populum suum israel. Accepit ergo dñs adhuc concubinas et uxores de ierusalem. postquam uenerat de hebron. Natiq; sunt dñi alij filij. et filie. Hec nomina eorum qui nati sunt ei in ierusalem. Samua et sobab. et nathan. et salomon. et ibaar. et helisua. et nepheg. et iafia. et helisama. et heliada. et heliphaleth. Audierunt quoq; philistiim quia unxissent dñm regem super israel. et ascenderunt omnes ut quererent dñm. Quod cum audisset dñs descendit in presidium. Philistiim autem uenientes. diffusi sunt in uallē raphaim. Et consuluit dñs dñm dicens. Si as-

cendam ad philistiim. & li dabis eos
in manu mea? & dixit dñs ad dd. Al
cende: ego tradens tradam philistiim
in manu tua. Venit g dd in baalpha
ratsim: & percussit eos ibi. Et dixit. Diui
sit dñs inimicos meos coram me:
sicut diuiduntur aq. pro ea uocatū
est nom loci illi baalpharatsim. & reli
querunt ibi sculptilia sua: q tulit dd
& uiri ei. & addiderunt adhuc phili
stiim ut ascenderent: & diffusi sunt in
ualle raphaim. Consuluit aūt dd do
minū. Qui respondit. Non ascendas:
sed gira post eos & ueni es ad e
os ex aduerso pyroi. Cum audieris
autē gradientē in cacuminē pyro
rum: tunc inibis p̄lium: egredi
etur dñs ante faciem tuam. ut per
cutiat castra philistiim. Fecit itaq dd
sicut preceperat ei dñs: & percussit philis
tiim de gabaa usq dū uenias gazer.

Congregauit autē iterū
dd omnes electos ex israhel. xxx. milia.
& surrexit & abiit: & reuertebatur
quidam cum eo de uxore sua. ut adduce
rent archam dei sup q̄m inuocatum
est nom dei exercituū sedentis in cheru
bin sup eam: & imposuerunt archam
dñi sup plaustrum nouū. Tulerunt
q archam de domo aminadab: q erat
in gabaa. Oza aūt & hahio filii aminā
dab: minabant plaustrū nouū. Cūq;
tulissent eam de domo aminadab q
erat in gabaa custodiens archam dei:
hahio precedebat archam. Dauid aūt & om
nis israhel ludebant coram dño: in omnibus
lignis fabrefactis. & in citharis & lyris. & in
tympanis & sistris & in cymbalis. Postq;
aūt uenerunt ad aream nachor: extē
dit manū oza ad archam dei. & tenu
it eam. quia calcitrabant boues. & de
clinauerant eam. Iratusq; est indignā
tione dñs contra oza: & percussit eum
ibi temeritatē. Quo mortuus est ibi
iuxta archam dei. Contristatusq; est dd:
eo q̄d percussisset dñs oza. Et uocauit
nomen loci illi phares oza. usq; in hodi
ernum hanc. Timuit dd dñm in die il
la dicens. Quo ingrediet ad me ar
cha dñi. & noluit diuertere ad se archā
dñi in ciuitatē dd. & iussit eam in do
mum obededom gethei. tribus mensibus.
& benedixit dñs obededom. & omnē domui
eius. Nunciatumq; est regi dd q. benedi
xisset dñs obededom & omnia quæ: per
archam dei. Abiit g dd & adduxit archā
dei de domo obededom in ciuitatē dd in
gaudio. Cumq; incedentes essent cum
bauo archam dñi septem chorī. immola
bant bouem & arietem. & dd saltabat
toto uirili ani dñi. Ipse aūt dd accinc
tus erat ephod lineo. & dd & omnis domus
israhel ducebant archam testamenti dñi in
iubilo & in clangore buccine. Cūq; in
traret archa dñi in ciuitatē dd. mi
chol filia saul prospiciens p fenestrā vi
dit regem dd saltantem coram deo. & despexit eū in corde
suo. Et introduxerūt archam dei: & posu
erunt eam in loco suo in medio tabernā
culi q̄d tetenderat dd. & obtulit dd
holocausta coram deo & pacifica. Cūq;
complesset offerens holocaustū & pa
cifica benedixit populo in nomine dñi. exer
cituū. & partitus est uniuerse multitudi
ni israhel tam uiro q̄m mulieri singulis
& singulis panem unum & assaturam carnis. Et abiit unusquisq; in domum suam.

Et reuertit archa dñi in domo obededom ge

collyridam vnam. & alladam
vnã bubule carnũ vnam: & simillam fer
xam oleo. & dabit omnib; ppls vnusquis
q; in domũ suam. & cũlusq; ẽ dd. ut
videret domũ saue. & egressa unchol
filia saul in occursũ dd. ait. Quã glo
riatur hodie rex israel discooperiet se ante
ancillas seruoy suoy. & nudabit se q̃
si nudet̃ unus de scurris. Dixit dd ad mi
chol. ante dñm qui elegit me p̃ceps
q̃m patrem tuũ & q̃m omnẽ domũ eius
& p̃cepit mihi ut essem dux sup ppl̃m dñi
israhel. ludam & ludibr̃ fiam plusq̃m hẽs
sum: & ero humilis in oculis meis. & cũ
ancillis de quibus locutra es gloriab ap
parebo. Igitur michol filie saul nõ fuit
natꝰ filius: usq; ad diẽ mortis sue.

VII

Factum est cum sedisset
rex in domo sua. & dñs dedisset
ei requiem undiq; ab omnibus inimicis
suis. dixit ad nathan pphã. Vides tu
q̃d ego habitem in domo cedrina. & arcka
dei posita sit in medio pellis. Dixitq;
nathan ad regem. Omne q̃d ẽ in corde
tuo fac. q̃ dñs tecũ est. Factum est aũt in no
cte illa: & factus sermo dñi ad nathan di
cens. vade & loquere ad seruũ meum dd. hec
dicit dñs. Numquid tu edificabis mihi
domũ ad habitandũ. Nec enim habitaui i
domo ex die qua eduxi filios israhel de t̃
ra egypti usq; in diem hanc: sed ambu
labam in tabernaculo & in tentorio p om
nia loca que transiui cum omnib; filiis is
rahel. Numq̃d loquens locutus sum ad
unam de tribubꝰ israhel. aut precepi ut pa
sceret pplm meum israhel dicens. Quare non edi
ficastis michi domũ cedrinã. & nunc hec
dicet seruo meo dd. Hec dicit dñs ex
ercituũ. Ego tuli te de pascuis sequen
tem greges. ut ẽes dux sup pplm meum
israhel. & fui tecũ in omnib; ubicũq; am
bulasti. & interfeci universos inimicos
tuos a facie tua. fecitq; tibi nomen gran
de quasi nomen magnoꝝ qui sunt in tra
& ponam locũ pplo meo israhel. & plantabo
eum & habitabit cum eo. & non turbabitur
ultra. nec addent filii iniquitatis ut
affligant eum sicut prius. ex die qua con
stitui iudices sup pplm meum israhel. & requiem
dabo tibi ab omnibus inimicis tuis. predicit
q; tibi dñs q̃d domũ faciat tibi dñs. Cumq;
completi fuerint dies tui & dormieris
cum patribus tuis. suscitabo semen tuum
post te q̃d egredietur de utero tuo. & sta
biliam regnum eius. Ipse edificabit domũ
nõi meo. & stabiliam thronum regni eius
usq; in sempiternum. Ego ero ei in patrem.
& ipse erit mihi in filium. Cum q̃ inique
gerit. arguam eum in uirga uirorũ
& in plagis filiorũ hominũ. misericordiam aũt
meam non auferam ab eo. sicut abstuli
a saul quem amoui a facie mea. Et
fidelis erit domus tua. & regnum tuum usq;
in eternum. ante faciem meam. & thronus
tuus erit firmus usq; in sempiternum. Secundum
omnia verba hec. & iuxta uisionem istam: sic
locutus est nathan ad dd. Ingressus est
autem rex dd. & sedit coram dño. & ait.
Quis ego sum dñe dñs mus. & q̃ domus
mea. q̃ adduxisti me huc usq;? Sed
& hoc parum visum est in conspectu tuo
dñe dñs mus. nisi loqueretur etiam de
domo serui tui in longinquũ. Ista est
autem lex adam dñe dñs. quid q̃ addere
potest adhuc dd tibi loquens ad te. Tu
enim nosti seruum tuum dñs dñe. Propter

tuū ⁊ sc̄ām cor tuū secūdū oīa mag
nalia hec. ⁊ra ut notū facies semo tu
o. Idcirco magnificatus es dñe ds. ep
ñ est similis tui. nec est ds extra te
un oīūz que audiuim⁹ auribz nr̄is.
Que est aū ut pl̄s tuus isr̄l gens
un tra. ꝙm cūm uit ds ut redimeret
sibi eam in pl̄m. ⁊ poneret sibi nom̄
facere⁊ et magnalia ⁊ horribilia cūp
tram. a facie pl̄e tu quem redemisti
ex egypto gentes ⁊ deos eius. ⁊ fir
masti tibi pl̄m tuū isr̄l in pl̄m sem
pit̄num. ⁊ tu dñe fēs es eis in deū.
Nunc g̃ dñe ds sibi⁹ q̄s locutus
es sup seruū tuū ⁊ sup domum eius
firmata in sempit̄nū. ⁊ fac sicut locut⁹
es. ⁊ magnificetur nom̄ tuū usq; in
sempit̄nū. atq; dicetur. dūs exer
tuū ds sup isr̄l. ⁊ domus seruꝰ tui dd
erit stabilita coram dño. ex tu dñe
exercituū ds isr̄l revelasti aurē tuā
tui tui dicens. domū edificabo t. Pr̄
ea inuenit seruus tuus cor suū. ut
oraret te oōne hac. Nunc g̃ dñe ds.
tu es ds. ⁊ uba tua erunt uera. Locu
tus es enī ad seruū tuū bona hec. In
cipe g̃ ⁊ benedic domui seruꝰ tui. ut
sit in sempit̄nū. coram te. qm tu dñe
ds locutus es. ⁊ benedictione tua be
nedicetur domus seruꝰ tui in sempit̄nū.

Factum est aū post hec. VIII
percussit dd philistheum. ⁊ humilia
uit eos. ⁊ tulit dd frenū tributi de
manu philistheum. ⁊ percussit moab. ⁊
mensus est eos funiculo coequās tra.
Mensus est aū duos funiculos. ad mor
tem occidendū. ⁊ unū ad uiuificandū.
factusq; est moab dd seruiens sub tri
buto. ⁊ percussit dd adadezer filiū roob
regem soba. cū ꝓfectus est ut dilataret
sup flumen euphraten. Et cepit dd ex par
te ei⁹ mille septingentos equites. ⁊ xx.
milia pedites. subuertitq; dūs omnes iuga
les curruū. reliquid aū ex eis centum
currus. Venit quoq; syria damasci ut
p̄sidium ferret adadezer regi soba. ⁊ p
cussit dd de syria xxii. milia uiroꝝ. ⁊
posuit dd p̄sidia in syria damasci. fa
ctaq; est syria dd seruiens sub tribu
to. seruauit dūs dd in oīb⁹ ad quecūq;
ꝓfectus est. ⁊ tulit dd arma aurea q̄
habebant serui adadezer. ⁊ detulit ea
in hierl̄m. ⁊ de berothai ⁊ de berothi auram
bz ad adadezer. tulit rex dd es multū
nimis. Audiuit aū thou rex emath.
q̄s percussit dd omē robur adadezer.
⁊ misit thou ioram filiū suū ad regē
dd ut salutaret eum congratulans ei
gr̄as ageret eo q̄d expugnasset ada
dezer. ⁊ percussisset eum. Hostis quip
pe erat thou adadezer. ⁊ in manu eius
erant uasa argentea. ⁊ uasa aurea ⁊
uasa erea. que ⁊ ipa sanctificauit rex dd
dño. cum argento ⁊ auro. que sanc
tificauerat de omnibus gentib⁹ quas ui
cerat de syria et moab. ⁊ filiis am
mon. ⁊ philisthiim ⁊ amalech. ⁊ de ma
nibus adadezer filij roob regis soba.
Fecit quoq; sibi dd nomen. cum reuer
teretur capta syria in ualle salina
rum duodecim milibus. ⁊ posuit in
idumea custodes. statuitq; p̄sidium
⁊ tota edom uniuersa idumea seruiens
dd. Et seruauit dūs dd. in oīb⁹ ad
quecūq; ꝓfectus est. Et regnauit dd
sup omem isr̄l. faciebat quoq; dd iu

dicuntq; nullu eram: dñm ppl̃m suos Jo
ab aũ filius sarue erat sup ercitũ
Poro iolaphat filius achilud erat
a cõmentariũ. & sadoch filius achitob.
achimelech filius abiathar sacerdo
tes: & saraias scriba. Banaias aũt
filius iohade sup cerethi & pelethi. filij a
dauid sacerdotes erant.

IX

Dixit aũt dñs. Putasne ẽ aliqs qui
remanserit de domo saul & face
am cũ eo miam ppt ionathan? Erat
aũt de domo saul seruus nomine siba.
Quem cum uocasset ad se rex dixit
ei. Tu ne es siba? Ille respondit. Ego
sum seruus tuus. Et ait rex. Si sup
est aliquis de domo saul ut faciam
cum eo miam dei? Dixitq; siba regi.
Superest filius ionathan. debilis pedibus
uidelicet. Et siba ad regem. Ecce
ait in domo ẽ machir filij ammihel i
lodabar. Misit g̃ rex dd. & tulit eum
de domo machir filij ammihel de loda
bar. Cum aũt uenisset mifiboseth fi
lius ionathan filij saul ad dd. cor
uit in faciem suam & adorauit. dixitq;
dd. mifiboseth. Qui respondit. Ad
sum seruus tuus. Ait ei dd. Ne time
as. q̃ faciens faciam tui tui miam ppt
ionathan patrem tuum. & restituã tibi
omnes agros saul patris tui & tu come
des panem in mensa mea semp. Qui
adorans eum dixit. Quid ego sum ser
uus tuus. quia respexisti sup canem mor
tuum similem mei? Vocauit itaq; rex
ibam puerum saul & dixit ei. Omnia
quecunq; fuerunt saul & uniuersam domũ
eius: dedi filio dñi tui. Operare igit
ei tram tuã & filij tui & serui tui. & in
feres filio dñi tui cibos ut alat. Mifi
boseth aũt filius dñi tui comedet semper
panem sup mensam meã. Erant aũt filij
xv. filij: & xx. serui. Dixitq; siba ad regem.
Iuxta omnia dñe mi rex seruo tuo. sic
faciet seruus tuus. & mifiboseth come
det sup mensam tuam q̃si unus de filijs
regis. Habebat aũt mifiboseth filium
paruulũ nomine micham. Omnis aũt cog
natio domus fuit seruiebat mifiboseth.
Ipse mifiboseth habitabat in ierusalem: q̃
de mensa regis iugiter uescebatur. & erat
claudus utroq; pede.

X

Factum est aũtem post hec ut mor
retur rex filijs ammon: & regnaret
anon filius eius p eo. Dixit dd. Faciam
miam cum anon filio nahas: sicut fecit
pr eius mecum miam. Misit g̃ dd consolã
eum p seruos suos: sup patre ipius. Cum
aũt uenissent serui dd in tram filiorũ
ammon: dixerunt principes filijs am
mon ad anon dñm suum. Putas q̃d pp
honorẽ patris tui dd miserit ad te conso
latores. & nõ ido ut inuestigarent & ex
plorarent ciuitatẽ & exercitum eã uenit
dd seruos suos ad te? Tulit itaq; anon
seruos dd. rasitq; dimidiam partem bar
be eorũ & precidit uestes eorũ medias
usq; ad nates: & dimisit eos. Qui cũ
nunciassent dd. misit in occursum
eorũ. Erant enim uri confusi turpiter
ualde. & mandauit eis dicens. Manete
hiericho donec crescat barba uestra: &
tunc reuertemini. Videntes aũt filij a
mon q̃d uituperium fecissent dd: misse
runt & conduxerunt mercede syriam rob.
& syrum soba. xx. milia peditum. & a
rege maacha mille uiros: & ab isob

duodecim milia uirorū. Qđ cū audiſſet dd̄ multū ioab t oīnē exercitū belatorū. Egreſſi ſunt g filij ammon: t direxerunt aciem ante portā ciuitatis. Syrus aūt ſobā t roob. t iſtob. t maacha: ſeorſum erant i campo. Videns aūt ioab qđ ꝑ anteriorē et posteriorē ſe plurē. t ex aduſo t ꝑtegum: elegit ex oībz electis. et inſtruxit aciem cont̄ syrum. Reliquū aūt ꝑpli parti: tradidit abiſai fr̄i ſui. Qui diſpexit aciem aduſus filios ammon t aiit ioab. Si ꝑualuerit aduſus me syri: eris mihi in adiutoriū. Si aūt filij ammon ꝑualuerint aduſus te. auxiliabor tibi. Esto uir fortis: t pugnemus ꝑ ꝓplo nr̄o t ciuitate dei nr̄i. Dns aūt faciet qđ bonum est in conſpectu ſuo. Iniit itaq; ioab t ꝑplis eius qui erat cum eo certamen cont̄ syros: qui fugerunt a facie eius. Filij aūt ammon uidentes qđ fugiſſent syri. fugerūt et ipi a facie abiſai: t ingreſſi ſunt in ciuitatē. Reuſuluq; ioab a filijs ammon: t uenit hierl. Videns g syri qđ ceciderint coram iſrl: congregati ſunt pariter. et iunxit adadezer t eduxit syros qui erant trans fluuiū: t addux̄t exercitum eor. Sobach aūt magr̄ militie adadezer: erat ꝓnceps eor. Qđ cū nunciatū eſſet dd̄: congregauit omnē iſrl̄em t transiuit iordanem: uenitq; in helema. Cui dirigens aciem syri ꝑ aduſo dd̄: t pugnauerunt cont̄ eū. Fugerunt syri a facie iſrl̄. Et occidit dd̄ de syris ſeptingentos curſus t xl. milia eq̄tum: t
sobach ꝓnceps militie peuſſit. Qui ſtatim mortuus eſt. Videntes aūt uniuerſi reges qui erant in ꝑſidio adadezer uictos ſe ab iſrl̄: fugerunt pariter cum iſrl̄ t ſeruierūt eis. Timuitq; syri auxiliari ꝑbere filijs ammon.

Actum est aūt circa anni reuolutionem eo tpe quo ſolent reges ad bella ꝓcedere: misit dd̄ ioab t ſeruos ſuos cum eo uniuerſum iſrl̄: t uaſtauerūt filios ammon: et obſederunt rabbath. Dauid aūt remanſit in iheruſalē. Cum hec ageretur: accidit ut ſurgeret dd̄ de ſtrato ſuo ꝑ meridiem: t deambulabat in ſolario domus regie. Viditq; de ſolario mulierē ſe lauantem: erat aūt mulier ꝑ ſpectę pulcra ualde. Misit ergo rex: t requiſiuit que esset mulier. Nunciatū eſt ei qđ ipa esset bethſabee filia heliam uxor urie ethei. Misitq; nūcios dd̄ ut tolleret eam. Que cū ingreſſa esset ad illum: dormiuit cū ea. Iam q; ſanctificata est ab immundicia ſua. Et reuſa est domū ſuam. Concepto aūt fetu: nunciauit dd̄. t ait. Concepi. Misit aūt dd̄ ad ioab dicens. Mitte ad me uriam ethēū. Misitq; ioab uriam ad dd̄. Quesiuitq; dd̄ quam rem ageret ioab t ꝑplis: t quo modo bellum. Et dixit dd̄ ad uriam. Vade in domū tuam: t lauā pedes tuos. Egreſſus est urias de domo regis: ſecutusq; est eum cibus regius. Dormiuit aūt urias ante portam domus regie cum aliis ſeruis dñi ſui: t non descendit ad domū ſuam. Nunciatūq; dd̄ a dicentibz. Non iuit urias ad domum ſuam. t ait dd̄ ad uriam. Num

quid tibi uenit? Quare tu deceptus
dixti ad dominū tuum? Fatue uirgas ad dd.
Archa dei? Et ibi? Nuda habitat in papilionibus? Et dixi mihi? Ut
facerem hec manentes? Et ego ingrediar do
mum meam ut comedam? Et bibam et
dormiam cū uxore mea? Per salutē animam
tuam et salutem anime tue? Quod nō faciam hāc
rem. Iuravit dd ad uriam. Manete hic et
tu hodie? Et cras dimittam te. Mansit
urias in uestibulo die illa? Et altera? Et uocauit
eum dd ut comederet coram se? Et biberet.
Et inebriauit eum. Cumq; egressus uesperi
dormiret in stratu suo cum seruis domini sui
et in domū suam nō descendit. Factū est
mane? Scripsit dd epistolam ad ioab? Mi
sitq; per manum urie scribens in epistola. Po
nite uiriam ex aduerso belli ubi fortissimus
pugnat? Et derelinquite eum ut percussus et
occidat. Igitur cum ioab obsideret urbem?
Posuit uiriam in loco ubi sciebat uiros
esse fortissimos. Egressiq; uiri de ciuita
te bellabant aduersum ioab? Et ceciderūt
de populo seruoꝝ dd? Et mortuus est etiā uri
as etheus. Misit ergo ioab? Et nunciauit
dd omnia uerba prelii? Precepitq; nuncio di
cens. Cum compleueris uniuersos ser
mones belli ad regem? Si eum uideris
indignari? Et dixerit tibi? Cur accessistis ad ciui
tatem ut pugnaretis? An ignorabatis quid
iaculi de muro? Et percuteret eum in thebes.
filius ieroboseth nonne mulier una misit super eum fragmentum q
uole de muro? Et interfecit eum in thebes.
Cur appropinquastis accessistis? Dices. Etiam
seruus tuus urias etheus occubuit.
Abiit ergo nuncius? Et uenit? Et narrauit
dd omnia que ei preceperat ioab? Et dixit
nuncio ad dd. Prevaluerūt aduersū nos
uiri? Et egressi sunt ad nos in agrum.
Nos autē impetu pressimus eos usq; ad portam ciuitatis? Et direxe
runt iaculatores sagittarii ad seruos tu
os? Et mortui sunt de
seruis regis? Quin etiam seruus tuus
urias etheus mortuus est? Et dixit dd ad
nunciū. Hec dices ioab. Non te terre
at res ista. Varium enim euentum et p
iter? Et nunc hunc nunc illum cōsu
mit gladius. Conforta bellatorem tuum
aduersum urbem ut destruas eā? Et ex
hortare eos. Audiuit autē uxor urie
quod mortuus esset urias uir suus? Et
planxit eum. Completoq; luctu? Misit
dd? Et introduxit eam in domū suam.
Et facta est ei uxor? Peperitq; ei filium. Et
displicuit filium hoc quod fecerat da
uid coram domino.

CAP XII

Misit dominus nathan ad dd. Qui cū
uenisset ad eum? Dixit ei. Duo uiri
erant in ciuitate una? Unus diues
et alter pauper. Diues habebat oues et
boues plurimos nimis. Pauper autem nihil habebat omnino preter ouem unā
parvulam quam emerat et nutrierat.
Et que creuerat apud eum cum filiis eius
simul. De pane illius comedebat? Et de calice eius bibebat? Et in sinu illius dormiebat.
Erat q; illi sicut filia. Cum autem peregri
nus quidam uenisset ad diuitem? Par
cens ille sumere de ouibus et de bubus
suis. ut exhiberet conuiuium peregri
no illi qui uenerat ad se? Tulit ouem uiri
pauperis? Et paravit cibos hoi qui uenerat ad se? Iratus est autem indignatio
ne dd aduersus hominem illum nimis?

dixit ad nathan. Vivit dñs qm̃ filius mortis ē vir qui fecit hoc. Ouem reddet m̃ ḡduplū: eo qđ fecerit verbum istud. & n̄ pepercit. Dixit autē nathan ad dd. Tu es ille vir. Hec dicit dñs ds isr̃l. Ego unxi te in regē sup̃ isr̃l: & ego erui te de manu saul. & dedi t̃ domum dñi tui. & uxores domini tui in sinum tuum. dediq; t̃ domū isr̃l & iuda. Et si parua fuisset vita: adiciam t̃ multo maiora. Quare ergo contempsisti verbum dñi. ut faceres malū in conspectu meo: Vriam ethei percussisti gladio. & uxorem illi⁹ accepisti uxorem: & interfecisti eum gladio filiorum ammon. Quāobrem n̄ recedet gladius de domo tua usq; in sempit̃num: eo qđ despexeris me & tuleris uxorem urie ethei. ut sit uxor tua. Hec dicit dñs. Ecce ego suscitabo sup̃ te malū de domo tua. & tollam uxores tuas in oculis tuis & dabo p̃ximo tuo: & dormiet cum uxoribus tuis in oculis solis hui⁹. Tu enim fecisti abscondite: ego uo faciam verbum istud in conspectu omnis isr̃l. & in conspectu solis. Et dixit dd ad nathan. Peccavi dño. Dixitq; nathan ad dd. Dñs quoq; transtulit peccatum tuum: n̄ morieris. Verumtamen qm̃ blasphemare fecisti inimicos nomen dñi ep̃ verbum hoc: filius qui natus est tibi morte morietur. Et reversus ē nathan domū suā. Percussitq; dñs parvulū quem pepererat uxor urie dd: & debilitatus est. Deprecatusq; est dd dñm p̃ puero. Et ieiunauit dd ieiunio. & ingressus dormiebat super terram. Venerunt ad̃ seniores domus ei⁹ vt̃gentes eū ut surgeret de terra. Qui noluit nec cibum cum eis sumebat. Factum est autē die septimo ut mortuus esset infans. Timuerunt autē serui dd nunciare ei qđ mortuus esset puerulus. Dixerunt enim. Ecce cum puerulus adhuc viveret loquebamur ad eum & n̄ audiebat vocem nostrā. quanto magis si dixerimus mortuus est puer: affligetur. Cum ergo audisset dd seruos suos mussitantes. intellexit qđ mortuus esset infans. Dixitq; ad seruos suos. Numquid mortuus ē puer: Qui respondentes ei. mortuus ē. Surrexit ḡ de terra dd: & lotus unctusq; est. Mutatisq; vestibus. ingressus est domū dñi & adorauit. & venit in domum suam: petiitq; ut ponerent ei panem & comedit. Dixerunt ei serui sui. Quis est iste sermo quem fecisti: Propter infantem cum adhuc viveret ieiunabas & flebas. mortuo autē puero surrexisti & comedisti panem: Ille autē propter infantem cum adhuc viveret ieiunabam & flebam. Dicebam enim. Quis scit si forte donet eum dñs & vivet mihi infans: Nunc autē quia mortuus ē quare ieiunem: Numquid potero reuocare eum amplius: Ego vadam ad eum: ille vero non reuertetur ad me. Consolatus est dd bethsabee uxorem suam: & ingressus ad eam: dormiuit cum ea. Et genuit filium. & vocauit nomen eius salomon: & dñs dilexit eum. misitq; in manu nathan pphe: & vocauit nomen eius amabilē dño. eo qđ dilexit

ret eum dñs. Igitur pugnabat io
ab cont̄ ralbath filioy ammon. et
expugnabat urbem regiam. Misit
q; ioab nuncios ad dd̄. ducens. Di
mecum ad bellum ralbath. et capien
da eam urbs aquarum. Nunc g̃ congre
ga reliqũm partem pp̄. et obside ciuita
tem et cape eam. ne cum a me uasta
ta fuit urbs nomē meo ascribatur
victoria. Congregauit itaq; dd̄ oēm
plm̄. et p̄fectus est ad ciuitatem ralbath.
Cumq; dimicasset cepit eam. et tulit
diadema regis eoꝝ de capite eius. pon
dus auri talentum. hūs gemmas pciosis
simas. et imp̄ium est sup caput dd̄. Et
p̄dam ciuitatis asportauit multā
ualde. plm̄ quoq; eius adduxit ser
uos. et arcumegit tuy cos ferratis
carpentis. Similiter cunctis. et fabris
ferrariis filioy ammon. et reliquit e
dd̄ et oms exercitus in urbem.

Factum est aũ post hec. ut habsalō
filius dd̄ sororem speciosissimā uo
cabulo thamar adamaret ammon
filius dd̄. et deperiret in eam ualde. ita ut
egrotaret pp̄ amorem eius. q; cum ēet
uirgo difficile ei uidebatur ut quippi
am inhoneste ageret cum ea. Erat
aũ ammon amicus nomine ionadab fi
lius semmaa fratris dd̄. uir prudens
ualde. Qui dixit ad eū. Quare sic
attenuaris macie filii regis p singu
los dies. Cur ñ indicas mihi. Dixit
q; ammon. Thamar sororem fratris mei
absalon amo. Cui respondit ionadab.
Cuba super lectū tuū. et languorem si
mula. Cumq; uenerit pat tuus ut
uisitet te. dic ei. Veniat oro thamar
soror mea ut det mihi cibū. et faciat pul
mentū ut comedam de manu eius. Ac
cubuit itaq; ammon. et cū egrotare
cepit. Cumq; uenisset rex ad uisitā
dum eū. ait ammon ad regem. Ve
niat obsecro thamar soror mea ut
faciat in cellis meis duas sorbitiun
cullas. et cibum capiam de manu eius.
Misit g̃ dd̄ ad thamar domū. dicēs.
Veni in domū ammon fratris tui. et fac
ei pulmentum. Venitq; thamar in do
mum ammon fratris sui. Ille aũ iacebat.
Que tollens farinam cōmiscuit. et fe
cit sorbitiunculas. Tollensq; q̃s coxerat effu
dit. et posuit coram eo. et noluit come
dere. Dixitq; ammon. Egredimini omnes. cū
ctos a me. Cūq; exissent oēs. dixit
ammon ad thamar. Infer cibum in
conclaue. ut uescar de manu tua.
Tulit g̃ thamar sorbitiunculas quas
fecerat. et intulit ad ammon fratrem su
um in conclaue. Cumq; obtulisset
ei cibū apprehendit eam. et ait. Veni
cuba mecum soror mea. Que respon
dit ei. Noli frater mi. noli opprimere me. Ne
q; enim hoc fas est in isrl. Noli facere
stultitiam hanc. Ego enim ferre nō
poterō obprobriū meū. et tu eris q̃si unus
de insipientibus in isrl. Quin potius
loquere ad regem. et ipse negabit me tibi.
Noluit aũ acquiescere precibus eius. Et p̄
ualens uiribus oppressit eam. et cubauit
cum illa. Et exosam eam habuit ammon
magno odio nimis. ita ut maior esset
odium quo oderat eam. amore quo
ante dilexerat. Dixitq; ei ammon.

surge & vade. Que respondit ei. qa
uid est hoc malum qđ nunc agit ad
ūlum me. qm̄ qđ autē fratri expel
lenti me. & noluit audire eam. Vocato p̄ro qui ministrabat ei. dixit
Ejice hanc foras. & claude ostiū post
eam. Que induta erat talari tuni
ca. Hujusmodi enī filie regis virgi
nes uestib; utebantur. Ejecit ergo
eam minister ille foras. & clausit ost
ium post eam. Que aspergens cinerem
capiti suo. scissa talari tunica impo
sitisq; manib; supra caput suū. ibat
ingrediens & clamans. Dixit aūt ei
ab salon frat suus. Num ammon frat
tuus concubuit tecū. Sed nunc so
ror tace frat tuus est. noli affligere
cor tuū. p̄ re hac. Mansit ergo thamar
contristata in domo ab salō
fratis sui. Cum aūt audisset rex dā
ūba hec. contristatus est ualde. & no
luit contristare spīm filij sui eo qm̄ de
lligebat eum. q̄ primogenitus erat
ei. Porro ā ab salon locutus est ad
ammon. nec malū nec bonū. Odit
enī ab salon ammon. eo qđ uiolas
set thamar sororem suam. Factum
est aūt post tempus bonū ut tonde
rentur oues ab salon in balasor. q̄
est juxta ephraim. & uocauit ab salon
oēs filios regis. Veniens ad regem.
& ait ad eū Ecce tondentur oues ser
ui tui. ueniat ozo rex cum seruis su
is ad seruū tuū. Dixitq; rex ad ab
salon. Noli fili mi noli ozare ut
ueniamus oēs. & grauemus te.
Cum aūt cogeret eum & noluisset
re. būdixit ei. Fiat ab salon. Si
ūl uenire. Venit ergo cū eo ammon
saltrem ammon fil⁹ ei⁹. Dixit ad eū
rex. lon & nōe ut uadat tecū. Coe
gitq; eum ab salon. & dimisit
eum eo ammon & omnēs filios re
gis. Fecerunt q; ab salon quēadmō
dū p̄ceperat eis ab salon
p̄ us suus dicens. Observate cū re
miserit frat ammon uino. & dixe
uob̄ percutite eum & interficite. nolite
timere. Ego enī sum qui p̄cipio u
bis. Roboramini & estote uiri for
tes. Fecerunt ergo p̄ut ab salon ad
sum ammon. fecit p̄cepit illis ab
salon. Surgentesq; oēs filij regis.
ascenderūt singuli mulas suas & fugē
runt. Cumq; adhuc ygerent in ui
nere. fama p̄uenit ad dā dicēs. p̄
cussit ab salon oēs filios regis. &
nō remansit ex eis saltem unus. Sur
rexit itaq; rex & scidit uestimenta
sua. & cecidit super terram. & oēs ser
ui ip̄ius qui assistebant ei scide
runt uestimenta sua. Respondens aūt jonadab
filius semmaa frīs dā. dixit. Ne dix
erit dñs mūs rex qđ oēs pueri filij
regis occisi sint. Ammon solus mor
tuus est. q̄m in odio ab salon erat
positus. ex die qua oppressit thamar
sororem eius. Sunt ergo ne ponat
dñs mūs rex sup cor suum rem ut dā
dicens. oēs filij regis occisi sunt.
q̄m ammon solus mortuus est fu
git aūt ab salon. & leuauit puer ip
se oculos suos & aspexit. & ecce
plus multus ueniebat p̄ uiā dcli
uum ex latere montis. Dixit ergo
jonadab ad regem. Ecce filij regis ad

sitnt: ꝙ̃ ūbum seruꝰ tuꝰ sic fōm erit. Cumq; cessallet loqui: apparuerūt ei filij regis: ⁊ unxerūt eū ad uerbū suū: ⁊ fleuerunt. Et ⁊ rex ⁊ omēs serui ei fleuerūt plorātu magno nimis. Porro absalon fugiens abiit ad tholomai filiū ammiud regē gessur. Luxit ḡ dē filiū suū ammon: multis diebꝰ. Absalon aūt cum fugisset ⁊ uenisset in gessur: fuit ibi tribꝰ annis. Cessauitq; rex ꝑsequi absalon: eo qđ consolatus sit super ammon interitu.

Intelligens aūt ioab filius sarue qđ cor regis ūbum esset ad absalonē: misit thecuam ⁊ tulit inde mulierem sapientē. dixitq; ad eam. Lugē re simulā. ⁊ induere uestē lugubrē ⁊ me unguarīs oleo: ut sit ei mulier plurimo iam tempore lugentī mortuū. ⁊ ingrediēris ad regem. ⁊ loqueris ad eū sermones huiusmōi. posuit aūt ioab ūba in ore ei⁹. Ingressa autem mulier thecuitis: locuta est coram rege ut sup̄ dictū erat. ⁊ adorauit ⁊ dixit. Serua me rex. Et ait ad eā rex. Quid causę habes? Que respondit. Heu mulier uidua ego sum. mortuus est uir meus. ⁊ ancille tue erant duo filij: qui cum rixati essent ad uiuum in agro nullusq; erat qui eos ꝓhibere posset: ⁊ percussit alter alterū ⁊ interfecit eū. ⁊ ecce consurgens uniuersa cognatio adu ersum ancillam tuā dicit. Trade eum qui percussit fratrem suū. ut occidam eū ꝓ anima fratris sui quem interfecit ⁊ deleamus heredem: ⁊ queret extinguere lucernam meam q̄ relicta sit ut nō sup̄sit uiro meo nomen ⁊ reliquię sup̄ terram. Et ait rex ad mulierē. Vade in domū tuam: ⁊ ego ꝑcipiam ꝓ te. Dixitq; mulier ethecuites ad regem. Iniq me dñe mi rex inquisitras: ⁊ in domū ꝑris mei. Rex aūt ⁊ thronus eius sit innocens. Et ait rex. Qui contradixerit tibi addue eum ad me: ⁊ ultra nō adiciet ut tangat te. Que ait. Recordetur rex dñi dei sui. ⁊ nō multiplicent ꝓpinqui sanguinis ad ulciscendū: ⁊ nequaq̄m interficiant filium meū. Que ait. Iurat dñs: q̄m nō cadet de capillis filij tui sup̄ terram. Dixit ḡ mulier. Loquatur ancilla tua ad dñm meū regem ūbū. Et ait. Loquere. Dixitq; mulier. Quare cogitasti huiusmodi rem cont̄ ꝑpl̄m dei. ⁊ locutus ē rex ūbum istud ut ꝑpetret. ⁊ nō reducat eiectū suū. Omnes morimur ⁊ sicut aqua dilabimur in terram que nō reuertent: nec uult dñs ꝑire animam sed retractat cogitans. ne penitus pereat qui abiectus est. Nunc ḡ ueni ut loquar ad regē dñm meū ūbū hoc: ꝑsente ꝓbo. ⁊ dicet ancilla tua. Locutus ad regem. si quo modo faciat rex ūbum ancille sue. ⁊ audiuit rex ūba ut liberaret ancillā suam de manu oīum qui uolebant deherēditare dñi delere me ⁊ filiū meū simul. Dicat ḡ ancilla tua: ut fiat ūbum dñi mei regis fiat sacrificium. Sicut angelus dñi sic est dñs mis rex: ut nō benedictione nec maledictione moueatur. Unde ⁊ dñs dē tuus est tecū. Et respondens rex: dixit ad mulierē. Ne abscondas a me ūbū qđ te interrogo. Dixitq; mulier. Loquere dñe mi rex. Et ait rex. Numquid manus ioab tecū est in omnibꝰ his? Et dixit mulier ⁊ ait. ꝙ

salutē anime tue dīc mīrer: nec ad
dextram nec ad sinistram eīt ro oīnīb⁹
his que locutus eīt dñs mīs rex. Ser-
uus enim tuus ioab ipe precepit mi:
ipe posuit in os ancille tue oīa ver-
ba hec: ut vtrem figuram sermonis
hui. Et reuult tuus ioab precepit illud.
Tu aīt dīc mihi sapiens es sicut ip̄e
sapiam angls dei: ut intelligas oīa
sup terram. Et ait rex ad ioab. Ecce ego
concedo tibi rem istam: vade igit: et re-
uoca puerū absalon. Cadens q; ioab
sup faciem suam in terram adorauit: et
benedixit regi. Dixit ioab. Hodie intel-
lexit seruus tuus q; inueni gratiā in
oculis tuis dñe mi rex. Fecit q; ei⁹ ser mo
nem seruus tuus. Et surrexit ioab et abiit
in gessur: et adduxit absalon in hieru-
salē. Et ait rex. Reuertatur in domū suā:
et faciem meam n̄ videat. Reuertit ergo
absalon in domū suam: et faciē
regis n̄ vidit. Porro sicut absalon non
erat pulcher in omī israhel: et decorus
nimis: a vestigio pedis usq; ad verti-
cē n̄ erat in eo vitium macula. Et cū tonde
bat capillos. semel aūt in anno tonde
batur: q; grauabat eū crines: ponde
rabat capillos capitis sui ducentos
siclos pondere publico. Nati sunt aūt
absalon filij tres: et filia una nōe tha
mar elegantis formē. Habitauit q; absa
lon in hierusalē duobus annis: et faciem re
gis n̄ vidit. Igit⁹ absalon accersit
ioab ut mitteret eum ad regem. Qui noluit
venire ad eū. Cumq; ille mitteret et
ille nollet venire: dixit seruis su-
is. Scitis agrū ioab iuxta agrū meum ha
bentem messem hordei: ite q; et succē
dite eam igni. Succenderunt q; ser
ui absalon segetem igni. Surrexit
ioab et venit ad absalon in domum
eius: et dixit. Quare succenderūt ser
ui tui segetem meam igni? Respon
dit absalon ad ioab. Quia ad te oble
ui ut venires ad me: et mitterem te
ad regem: et diceres ei. Quare veni de
gessur: melius m̄ erat ibi me. Obse
cro igit: ut videam faciem regis. Si
memor est mei quirtatis mee: interficiat
me. Iugressus ioab ad regem: nunti
auit ei. Vocatusq; absalon intrauit
ad regem: et adorauit sup faciem ter
ram eo. Osculatusq; eūt rex absalon.

Fuit post hec fratt filiū

absalon currum et equites: et quin
quaginta viros qui precederent eū. Et mane
consurgens absalon stabat iuxta
portā: et omnem virū qui habe
bat negociū ut veniret ad regis iudi
cium. vocabat ad se absaloy. et dice
bat. De qua ciuitate es tu? Cumq;
respondisset ille. Ex una tribu israel
ego sum seruus tuus. Dicebat ei ab
salon. Videntur mihi sermones tui bo
ni et iusti: sed n̄ est qui te audiat con
stitutus a rege. Dicebat q; absalon. Quis
me constituat iudicem sup terā. ut
ad me veniant omēs qui habent nego
cium. et iuste iudicem? Et cū adire
deret ad eum homo ut salutaret il
lum: extendebat manū suam. et ap
prehendens osculabatur eū. Faciebat
q; hoc omni illi qui veniebat ad iudi
cium ut audiretur a rege: et sollicita
bat corda virorum israel. Post quos ānis
annos: dixit absalon ad regem dñe.

mittens. & ñ audistis dicit dñs. vos
aũt audite ũbũ dñi omnis habitatio
nis. qui emisi de urbe in babylonẽ.
Hec dicit dñs exercituũ dñs istrahel
ad achab filiũ colie & ad sedechiã filiũ
maasie qui pphant uob̃ in nõe
meo mendaciũ. Ecce ego tradã eos
in manu nabuchodonosor regis babylonis
& percutiet eos in oculis uris. & vocabi
tur ex eis maledictio oĩ trans
migrationi inde q̃ elt in babylone
dicentis. Donet te dñs sicut sedechiam
& sicut achab quos frixit rex
babylonis in igne. p eo q̃d fecerut
stulticiam in isrl. & mechati sunt
in uxores amicoy suoy & locuti sũt
ũbũ in nõe meo mendaciũ q̃d ñ mã
dauerã eis. Ego sum iudex & testis di
cit dñs. & ad semeiã nechalamitem
dices. Hec dicit dñs exercituũ deus
istrahel p eo q̃d misisti in nõe meo li
bros ad omnẽ pplm qui ẽ in hieru
& ad sophoniam filiũ maasie sacer
dotem & ad uniũsos sacerdotes di
cens. Dñs dedit te sacerdotẽ p ioia
da sacerdote ut sis dux in domo do
mini sup̃ omnẽ uirũ arreptitiũ & p
phantem. ut mittas eum in nerũ
& in carcerem. & nunc cur ñ increpasti
hieremiam anathotitẽ qui pphetat
uob̃. Quia sup̃ hoc misit ad nos in
babylonẽ dicens. Longũ ẽ. edifi
cate domos & habitate & plantate
ortos. & comedite fructũ eoy. Legit
sophonias sacerdos libriũ istum

in auribꝰ ihemie ꝓphe. Et fiet ē uer
bum dñi ad ihemiam dicens. ecce
ego ad omnē inhabitatorē dicens.
Hec dicit dñs ad semeiam neella
mitem. Eo qđ ꝓphauit uob semei
as & ego nō misi eum & fecit uos con
fidere in mendacio. ideirco hec dicit dñs.
ecce ego uisitabo sup semeiā neella
mitem & sup semen eius. non erit ei uir
sedens in medio pplī huius & nō uidebit
bonū qđ ego facturus sum pplo meo ait
dñs. qm̄ prauaricationem locutus es
aduersum dominum.

CXXX

Hec uba q̄ fuit ad ieremiam
a dño dicens. Hec dicit dñs
deꝰ israhel dicens. Scribe tibi oīa uba
que locutus sum ad te in libro. Ecce
enim dies ueniunt dicit dñs. & con
uertam conuersionem pplī mei israhel & iuda
ait dñs. & conuertam eos ad terram quā
dedi patribꝰ eoꝝ & possidebunt eam.
Hec uerba que locutus est dñs ad
israhel & ad iudam. Quia hec dicit dñs.
Audiuimus uocem tremoris timoris & non
est pacis. Interrogate & uidete si generat
masculus. Quare ego uidi omnē uirum
manus suas super lumbos suos quasi parien
tis & conuersi sunt omnes facies in
auruginem. Ue ei quia magna dies illa.
nec est similis illi. tps ei tribulationis
est iacob & ex ipo saluabitur. Et erit
in die illa ait dñs exterminabo contri
uigium eius de collo tuo & uincula
eius diuidam. & non deabunt ei ampli
alienigenę seruient dño deo suo & dauid
regi suo quem suscitabo eis. Tu ergo
ne timeas serue meus iacob ait dñs
nec paueas israhel. quia ecce ego sal
uabo te de terra longinqua & semen tuum
de terra captiuitatis eoꝝ. Et reuertetur
iacob & quiescet & abundabit & non erit qui
exterreat eum. quia ego sum ait dñs ut saluem te. Faciam
enim consummationem in cunctis
gentibꝰ in quibꝰ dispersi te illuc autem
non faciam in consummationem sed
castigabo te in iudicio. ut non te uide
ar innocentem. Quia hec dicit dñs. Insanabilis fractura tua. pessima pla
ga tua. non est qui iudicet iudicium
tuum ad alligandum. curationum utili
tas non est tibi. Omnes amatores tui oblitꝰ
sunt tui. te non requirent. Plaga enim
inimici percussi te castigatione crudeli. propter multitudinem iniquitatis tue.
dura fac sunt peccata tua. Quid clamas
super contritione tua. Insanabilis est do
lor tuus. propter multitudinem iniquitatis tue. & propter dura peccata tua feci h
ec tibi. Propterea omnes qui comedunt te
deuorabuntur. & inimici hostes tui in
captiuitatem ducentur. & qui te uastant
uastabuntur. cunctos qui prędantur
tuos dabo in prędam. Obducam
enim cicatricem tibi & a uulneribus tuis
sanabo te dicit dñs. quia ejectam uocauerunt te dicentes. Sion hec est que non habe
bat requirentem. Hec dicit dñs. Ecce
ego reducam conuersionem tabernaculorum
iacob. & tabernaculi eius miserebor. Et edi
ficabitur ciuitas in cumulo suo. & tem
plum iuxta ordinem suum fundabitur. Et
egredietur de eis laus. uox ridentium. Et multiplicabo eos & non
imminuentur. & glorificabo eos & non ap
parebunt. Et erunt filii eius sicut a

pncipio. z ecc eius sicut coram me
pmanebut. z iustificabo ad iusti omnes
qui tribulant eū. Et erit dux eius
ex eo. z princeps de medio ei⁹ pdibit.
Et applicabo eū z accedet ad me. dic
cit ille z qui applicet cor suū ut ap
propinquet mihi ait dñs. Et erit mihi in
plin. z ego ero uob in dñm. Exe tur
bo dñs furor egrediens. pcella ru
ens. in capite impioꝝ conquelcet.
Non auferet iram indignationis dō
donec faciat. z compleat cogitatio
nem cordis sui. In nouissimo dieꝝ
intelligentia eā.

Ps. 93.

CXXXI

Expe illo dicet dñs. ero ds uniu
sis cognationibus israel. z ipi erunt
mihi in plin. Hec dicit dñs. Inuenit
gram in deserto pl's qui remanse
rat gladio. Vadet ad requiē suam
israel. Longe dñs apparuit mihi. z in
caritate perpetua dilexi te. ideo attra
xi te miserans. Iterumq; edificabo
te et recedificaberis virgo israel. Adhuc
ornaberis tympanis tuis. z egredie
ris in choro ludentiū. Adhuc plan
tabis uineas in montibus samarie.
Plantabūt plantantes. z donec tps
veniat in quo clamabūt custodes in mon
te samarie. z in monte effraym. Sur
gite z ascendamus in syon ad dñm
dm nrm. Quia hec dicit dñs. Exul
tate in leticia iacob. z hynnite ante
caput gentiū. Laudate cantate. z dic
ite. Salua dñe plm tuū. reliquias
israel. Ecce ego adducā eos de ter
ra aquilonis. z congregabo eos ab ex
tremis terre. Inter quos erunt ceci
z claudus. z pregnans. z parturiēs si
mul. cetus magnꝰ reuertentiū huc.
In fletu venient. z in misericordia deducā
eos. z adducam eos p torrentes aq
quarū in uia recta. z non impingent
in ea. qm facta sum israel pr. z effraym
primogenit meus. Audite verbū dñi
gētes. z annunciate in insulis que procul
sunt. z dicite. Qui dispersit israel con
gregabit eū. z custodiet eū sicut pa
stor gregem suū. Redemit enim dñs
iacob. z liberauit eū de manu potē
tioris. z venient. z laudabūt in mon
te syon. Et confluent ad bona do
mini. sup frumento. z vino. z oleo. z
fetu pecorū. z armentorū. erit anima
eorū q̄si ortus irriguus. z ultra non
esurient. Tunc letabitur virgo in
choro. iuuenes. z senes simul. Et
conuertam luctum eorū in gaudiū. z
consolabor eos. z letificabo eos a
dolore suo. Et inebriabo animas sacer
dotum pinguedine. z populus meus bo
nis meis adimplebitur. ait dñs.
Hec dicit dñs. Vox in excelso audi
ta est lamentationis fletus. luctus
rachel plorantis filios suos. z no
luit consolari sup eis. q̄ non sunt. Hec
dicit dñs. Quiescat vox tua a plo
ratu. z oculi tui a lacrimis. quia est merces
operi tuo ait dñs. Et reuertentur de
terra inimici. z est spes nouissimis
tuis ait dñs. z reuertentur filii ad ter
minos suos. Audiens audiui effra
im transmigrantē. Castigasti me
z eruditus sum. q̄si iuuencula indo
mita. Converte me. z convertar. quia tu
es dñs ds meus. Postquā enim conuerti

su me ego puam. & ponam pulchrum ostendi
dilu in. pulli femur meū. Confusi
sum & erubui. eo. quia sustinui opprobri
um adolescentie mee. Si filius ho
norabilis mi es fraim. si puer delu
catus. qz ex quo loquutus sum de
eo. adhuc recordabor ei. Idcirco co
turbata sunt viscera mea sup eū. mi
serans miserebor eius ait dns.
Statue tibi speluncā. pone & amari
tudines. dirige cor tuū in uiā dire
ctam in qua ambulasti. Reuertere
virgo isrl. reuertere ad ciuitates
tuas istas. Usq quo delicias dif
solueris filia uaga. Quia creauit
dns nouū sup terram. femina circum
dabit virū. Hec dicit dns. exercitu
um ds isrl. Adhuc dicent sermonem
istum in terra iuda & in urbibz eius
cū conuerso captiuitatē eoz. Be
nedicat tibi dns pulchritudo
iustitie mons scs. Et habitabunt
in eo iudas & omnes ciuitates eius
simul. agricole & mutantes greges.
qm inebriaui animam laborantem & om
nem animam esurientē saturaui.
Ideo evigilaui & uidi & somnus meus dulcis mi
hi. Ecce dies uenient dicit dns. & seme
bo domui isrl & domui iuda semē
hominis & semē iumentoz. Et erit
sicut uigilaui sup eos ut euellerē & de
molirer. & dissipare & dispergere.
& affligere. sic uigilabo sup eos ut
edificem & plantem ait dns. In di
ebz illis nō dicent ultra patres come
derunt uuam acerbā & dentes filioz
obstupuerūt. sz unusquisq in
iniquitate sua morietur. Omnis ho
mo qui comederit uuam acerbā. obstu
pescent dentes eius. Ecce dies uenient
dicit dns. & feriam domum isrl
& domum iuda fedus nouum.
non secundum pactum quod pepigi cum patri
bz eoz in die qua apprehendi manum
eoz ut educerem eos de terra egypti.
pactum quod irritum fecerunt. & ego do
minatus sum eoz dicit dns. Sed hoc
erit pactum quod feriam cum domo isrl
post dies illos dicit dns. Dabo le
gem meam in medio eoz. & in corde
eoz scribam eam. & ero eis in de
um. & ipsi erunt mihi in populum. & non do
cebunt ultra unus proximum suum. et
unus fratrem suum dicentes. cognosce do
minum. Omnes enim cognoscent me a
minimo eoz usq ad maximum
ait dns. qm propitiabor iniquitatib
eoz & peccati eoz non memorabor
ultra. Hec dicit dns qui dat so
lem in lumen diei. ordines lune &
stellas in lumine noctis. qui turbat
mare & fluctus eius dns exercitus nomen illi. Si defecerint leges
iste coram me dicit dns. tunc semen isrl deficiet ut non sit gens co
ram me cunctis diebz. Hec dicit
dns. Si mensurari potuerint celi sur
sum & inuestigari fundamenta terre
deorsum. & ego abiciam uniuersum semen
isrl. propter omnia que fecerunt dicit dns. Ec
ce dies uenient dicit dns. & edifi
cabitur ciuitas dño a turre ana
nehel usq ad portam anguli. & exi
bit ultra norma mensure in collem
eius gareb. & circuibit

goatha. ⁊ omnē uallem cadauerū
⁊ cineris ⁊ usq; ad torrentem cedron. usq; ad
angulū porte equoꝝ orientalis sanctī
dñi. non euelletur ⁊ nō destruetur
ultra in perpetuum.

CAPXII

Verbū qđ factū ē ad ieremiā a
dño in anno x. sedechie regis
iuda. qđ est annus octauus decimus
nabuchodonosor. Tunc exercitus regis babylonis
obsidebat iherl̄m. ⁊ ieremias p̄pha
erat clausus in atrio carceris
qui erat in domo regis iuda. Clau
serat enī sedechias rex iuda dicens.
Quare tu uaticinaris dicens. Hec di
cit dñs. ecce ego dabo ciuitatē istā
in manu regis babylonis ⁊ capiet
eam. ⁊ sedechias rex iuda nō effugi
et de manu chaldeoꝝ. sed tradetur
in manu regis babylonis. ⁊ loquetur
os eius cū ore illius. ⁊ oculi eius oculos
illius uidebunt. ⁊ in babylonem du
cet sedechiam. ⁊ ibi erit donec uisi
tem eū ait dñs. si aūt dimicaueritis
aduersum chaldeos. nichil proficietis habe
bitis. Et dixit ieremias. factū ē uer
bum dñi ad me dicens. Ecce anamel
hel filii sellū patruelis tui uenient ad
te dicens. Eme tibi agrū meū qui est
in anathoth. tibi enim competit ex pro
pinquitate hereditas emas. ⁊ uenit ad me
anamehel filius patrui mei secūm
in curiā dñi ad uestibulū carceris. ⁊ ait
ad me. Posside agrū meū qui est in
anathoth in terra beniamin. quia tibi
competit hereditas. ⁊ tu possidere
eum. Intellexi autē qđ iste ser
mo dñi esset. ⁊ emi agrū ab anamel
hel filio patrui mei qui est in anathoth
⁊ appendi ei argentū septē sta
teres. ⁊ decē argenteos. ⁊ scripsi in li
bro ⁊ signaui. ⁊ adhibui testes. ⁊ ap
pendi argentū in statera. ⁊ accepi
librū possessionis signatū. stipula
tiones ⁊ uisa. ⁊ signa scripturē ⁊
dedi librū possessionis baruch filio
neri. filii maasie in oculis anamel
hel patruelis mei. ⁊ in oculis testiū
qui scripti erant in libro emptionis
in oculis omnium iudeoꝝ qui sedebāt
in atrio carcēris. ⁊ precepi baruch coram
eis dicens. Hec dicit dñs exercituū
deus israhel. Sume libros istos. librū
emptionis hunc signatū. ⁊ librū
hunc qui apertus est. ⁊ pone illos in
uase fictili. ut permaneant possint di
ebus multis. Hec enim dicit dñs exer
cituū deus israhel. Adhuc possidebuntur
domus. agri. ⁊ uinee in ista terra.
Postquam aūt tradidi librū
possessionis baruch filio neri dixi.
Heu. heu. heu dñe deus. Ecce tu fe
cisti celum ⁊ terram in fortitudine tua ma
gna. ⁊ in brachio tuo extento. Nō
erit tibi difficile omne uerbum. qui facis
misericordiam in milibus. ⁊ reddis iniquitatē
patrum in sinum filiorum eorum post eos.
fortissime magne potens dñs exer
cituū nomen tibi. magnus consilio.
⁊ incōprehensibilis cogitatu. cui oculi
apti sunt super omnes uias filiorum ad da
re unicuique secūm uias suas
⁊ secūm fructum adinuentionum
eius. Qui posuisti signa ⁊ portenta
in terra egypti usq; ad diem hanc. ⁊ in
israhel ⁊ in hominibus. ⁊ fecisti tibi nomen

sicut ē dies hec. Et ego humiliabo plm tu
um ilib de tra egypti in signis et
in portentis. z in manu robusta z
in brachio extento z in furore mag
no. z dedisti eis tram hanc q̄m iura
sti patrib; eoy ut dares eis tram
fluentē lacte z melle. Et ingressi sūt
z possederunt eā. z nō obedierūt voci
tue. z in lege tua nō ambulauerūt.
Omnia q̄cq̄ mandasti eis ut facerent
nō fecerunt. z euenerunt eis omnia
mala hec. Ecce machinationes erexe
te sunt ad ciuitatē ut capiatur. z urbs data est in manu chal
deoy qui pugnant ad uersus eam. a fa
cie gladii z famis z pestilentie. z q
cumq; locutus es accidерunt ut tu ipse
cernis. z tu dicis mihi dñe ds. eme a
gri argentū. z adhibe testes. cum
urbs data sit in manu chaldeoy.
Et ecce ubi dñs ad ihemiā dicēs.
Ecce ego ds uniuersē carnis. Nū
quid michi difficile erit omē uerbū
Propterea hec dicit dñs. Ecce ego tradā
ciuitatē istam in manu chaldeoy.
z in manu regis babylonis. z ca
piet eam. Venient chaldei pugnā
tes ad ciuitatis istius hanc. z succē
dent eam igni. z comburent eam
cū domos in quaz; domatibz; sacri
ficabant baal. z libabant diis a
lienis ut irritarent me.
Erant enim filii israel z filii iuda iugiter
facientes malū in oculis meis ab
adolescentia sua. filii israel q̄m ut iq;
nimis exacerbant me in operibz ma
nuū suaz; dicit dñs. In furore z in
indignatione mea facta est ciuitas
hec a die q̄ edificauerunt eam usq; ad
diem istam qua auferetur de con
spectu meo p malitiam filioy israel
filioy iuda q̄m fecerunt ad irritan
dum me ipsi reges eoy
principes eoy. z sacerdotes. z pphete
eoy uiri iuda. z habitatores hierl. Et
inuerterunt ad me tergā nō facies cū do
cerem eos diluculo. z erudirē. z nollēt
audire ut acciperent disciplinā. Et
posuerunt idolā suā in domo in q̄
inuocatū est nomē meū. ut pollue
rent eam. Et edificauerunt excelsa
baal que sunt in valle filii ennō.
ut incinerarent filios suos. z filias
suas moloch. q̄d nō mandaui eis.
nec ascendit in cor meū ut facerent
abhominationē hanc. z in peccā
dō ducerent iudam. Nunc p̄ ista. h
dicit dñs ds israel ad ciuitatē hanc.
de qua uos dicitis q̄d tradatur in
manū regis babylonis. in gladio z
in fame z in pestē. Ecce ego congre
gabo eos de uniuersis tris ad quas
eiecī eos in furore meo. z in ira mea
z in indignatione grāndi. z reducam
eos ad locū istū. z habitare eos faciā
confidenter. z erunt mihi in plm. z ego
ero eis in dñm. Et dabo eis cor unum.
z uiam unā. ut timeant me uniuer
sis diebz. z bene sit eis. z filiis eoy
post eos. Et feriam eis pactū sem
piternū. z nō desinam eos benefacere
timorē dabo meū in corde eoy ut
nō recedant a me. Et letabor sup eis
cū bene eis fecero. z plantabo eos
in tra ista in ueritate in toto corde meo
z in tota aīa mea. Quia hec dicit

dñs. Cum audierit ꝓphetam illum omne malum hoc grande. sic adducā sup eos omne bonum qđ ego loquar ad eos. Et possidebuntur agri in ista. de qua uos dicetis qđ deserta sit. eo qđ nō remanserit hō et iumentū. et data sit in manu chaldeoꝝ. Agros pecunia ementur. et scribēt in libro. et cōsignentur signacula. et testes adhibebuntur in terra beniamin. et in circuitu ierm. et in ciuitatibus iuda. et in ciuitatibus montanis. et in ciuitatibus campestribus. et in ciuitatibus que ad austrum sunt. eo quod conuertam captiuitatē eoꝝ ait dñs.

Et factum est uerbum dñi ad ieremiam secundo cum adhuc clausus esset in atrio carceris dicens. Hec dicit dñs qui faciens est formans illud. et parans dñs nomen eius. Clama ad me. et exaudiam te. et annunciabo tibi grandia et firma que nescis. ea hec dicit dñs israhel ad domos urbis huius. et ad domos regum iuda que destructe sunt. et ad munitiones. et ad gladium uenientium ut dimicent cum chaldeis. et impleant eas cadaueribus hominum quos percussi in furore meo. et in indignatione mea. abscondens faciem meam a ciuitate hac ꝓpter omne malum eoꝝ. Ecce ego obducam ei cicatricē et sanitatem. et curabo eos. et reuelabo illis copiositatem pacis et ueritatis. Et conuertam conuersionem iuda. et conuersionem israhel. et edificabo eos sicut a principio. et emundabo eos ab omni iniquitate sua in qua peccauerunt in me. et dimittam omnes iniquitates eoꝝ in quibus delinquerunt in me. et preterierunt me. Et erit mihi in nomen. in gaudium et in laudem. et in exaltationem cunctis gentibus terre que audient omnia bona que ego faciam eis. et pauebunt et conturbabuntur in uniuersis bonis. et in omni pace quam ego faciam eis. Hec dicit dñs. Adhuc audietur in loco isto quem uos dicetis esse desertum. eo qđ nō sit homo nec iumentum in ciuitatibus iuda. et foris urbium que deuastate sunt absque homine et absque habitatore et absque pecore. uox gaudii et uox leticie. uox sponsi et uox sponse. uox dicentium confitemini dño exercituum. quoniam bonus dñs. quoniam in eternum misericordia eius. et portantium uictimam in domum dñi. Reducam enim conuersionem terre sicut a principio dicit dñs. Hec dicit dñs exercituum. Adhuc erit in loco isto deserto absque homine et absque iumento. et in ciuitatibus eius habitaculum pastorum requiescentium gregum in ciuitatibus montuosis. et in ciuitatibus campestribus. et in ciuitatibus que ad austrum sunt. et in terra beniamin. et in circuitu ierm. et in ciuitatibus iuda. adhuc transibunt greges ad manum numerantis ait dñs. Ecce dies uenient dicit dñs. et suscitabo uerbum bonum quod locutus sum ad domum israhel. et ad domum iuda. In diebus illis. et in tempore illo germinare faciam dauid germen iustitie. et faciet iudicium et iustitiam in

tra. In diebꝫ illis saluabit͡ iuda. ⁊ isrl͡ habitabit confidenter. ⁊ hoc ē nomen qđ uocabunt eū dñs iustus nr̄. Quia hec dicit dñs. Non interibit uir a facie mea. qui offerat holocaustomata ⁊ incendat sacrificiū ⁊ cedat uictimas cunctis diebꝫ. Et fact̄m ē uerbū dñi ad ieremiam dicens. Hec dicit dñs. Si irritū fieri potest pactū meū ē die ⁊ pactum meū cū nocte. ut nō sit dies ⁊ nox in tp̄e suo. ⁊ pactū meū irritū ē potest cum dō seruo meo. ut nō sit ex eo filius qui regnet in throno eius. ⁊ leuite ⁊ sacerdotes ministri mei. Sicut non numerari nō possunt stelle celi. ⁊ metri harena maris. sic multiplicabo semē dō serui mei ⁊ leuitas ministros meos. Et fact̄m ē uerbū dñi ad ieremiā dicens. Nunquid nō uidisti qđ pplꝰ hic locutus sit dicens. due cognationes q͡s elegerat dñs abiecit eas. ⁊ pplm meū despexerunt ne qđ nō sit ultra gens coram eis. Hec dicit dñs. Si pactū meū diei ⁊ pactū noctem. ⁊ leges celi ⁊ terre nō posuero. equidē ⁊ semen iacob ⁊ dō serui mei reiciam. ut nō assumā de semine eius principes semini⁹ abraham. ysaac ⁊ iacob. Reducam enī captiuos eor⁹ ⁊ miserebor eis.

CAPUT XXXIII

Uerbū qđ fact̄m ē ad ieremiā a dño. qui nabuchodonosor rex babylonis. ⁊ omnis exercitus eius uniuersique regni terre que erant sub potestate manꝰ eius ⁊ omnes pp̄li bellabant contra iherl͡m. ⁊ contra omnes urbes eius dicens. Hec dicit dñs deus isrl͡. Vade ⁊ loquere ad sedechiā regē iuda. ⁊ dices ad eū. Hec dicit dñs. Ecce ego tradam ciuitatē hanc in manu regis babylonis. ⁊ succendet eam igni. ⁊ tu non effugies de manu eius. Sed comprehensione tenebris. ⁊ in manu eius traderis. ⁊ oculi tui oculos regis babylonis uidebunt. et os eius cum ore tuo loquetur. ⁊ babylonem uenies. Attamen audi uerbum dñi sedechia rex iuda. Hec dicit ad te dñs. Non morieris in gladio. Sed in pace morieris. ⁊ sicut combustiones patrum tuorum regum priorum qui fuerunt ante te. sic comburent te. ⁊ tue plangent te. quia ego locutus sum dicit dñs. Et locutus est ieremias pphā ad sedechiā regem iuda universa uerba hec in iherl͡m. Et exercitus regis babylonis pugnabat contra iherl͡m. ⁊ contra omnes ciuitates iuda. que reliquę erant ex eis lachis. ⁊ azeca. Hec enī munitiores remanserant de ciuitatibꝫ iuda urbes munite. Verbū qđ fact̄m ē ad ieremiam a dño postquā pepigit rex sedechias fedus cum omni pplo iherl͡m. vocans ut dimitteret unusquisq; seruū suū. ⁊ unusquisq; ancillā suā hebreū et hebream liberos. ⁊ nequis uteretur eis. id est iudeo fratre suo. Audierunt ergo omnes principes ⁊ uniuersus pplꝰ qui uenerant pactū ut dimitteret unusquisq; seruū suū. ⁊ unusquisq; ancillam sic

am liberos. ⁊ ulᵗ si dimiserit uir eis.
Audierunt ḡ. ⁊ dimiserunt. Et non
fuit sunt deinceps. ⁊ rectigerunt
seruos ⁊ ancillas suas quos dimi
serant liberos. ⁊ subiugauerunt in fa
mulos ⁊ in famulas. Factū ē uerbū
dñi ad hieremiam a dño dicens. Hec
dicit dñs ds isrl. Ego percussi fedꝰ
cum patribꝰ uris in die qua eduxi
eos de tra egypti de domo seruitu
tis dicens. Cum compleri fuerint
septē anni. dimittat unusquisq; fra
trem suū hebreū qui uendit⁹ est
ei. ⁊ seruet tibi sex annis. ⁊ dimit
tes eum a te liberum. Et nō audierūt
patres uri me. nec inclinauerunt aurē
suam. Et conuersi estis uos hodie. et
fecistis rectum ē in oculis meis.
ut predicaretis libertatē unusquisq;
ad amicū suū. ⁊ inuenta pactum in co
spectu meo in domo in qua inuocatū
est nomen meū sup eam. ⁊ reuertimini. et
cōmaculatis nomen meū. ⁊ reduxistis
unusquisq; seruū suū. ⁊ unusquisq; an
cillam suam. quos dimiseratis ut
essent liberi. ⁊ sue potestatis. ⁊ subiu
gastis eos ut sint uobis serui. ⁊ ancil
le. Propterea hec dicit dñs. Vos nō audi
stis me ut predicaretis libertatē unus
quisq; fratri suo. ⁊ unusquisq; amico suo.
Ecce ego predico libertatem aut dñs
ad gladiū. ⁊ ad pestem. ⁊ famē. ⁊ da
bo uos in cōmotionē cunctis regnis
terre. Et dabo uiros qui preterierunt
fedus meū. ⁊ non obseruauerunt uba fe
deris quibꝰ assensi sunt in conspectu
meo. uitulū quem ceciderunt in du
as partes. ⁊ trānierunt inter diuisio
nes eius. principes iuda. ⁊ principes hie
rusalē. eunuchi. ⁊ sacerdotes. ⁊ omnis pplus ter
re. qui trānierunt inter diuisiones uitu
li. ⁊ dabo eos in manu inimicorū eo
rum. ⁊ in manu querentiū animā eo
rum. erūtq; morticina eorū in escam uolati
libus celi. ⁊ bestiis terre. Et sedechiam
regem iuda ⁊ principes eius dabo in ma
nu inimicorū suorum. ⁊ in manu quē
runtium animas eorum. ⁊ in manu exercitus
regis babylonis qui recesserunt a
uob. Ecce ego precipio dicit dñs. ⁊ re
ducam eos in ciuitatē hanc. ⁊ pugnabunt
aduersus eam. ⁊ capient eā.
⁊ succendent eam igni. ⁊ ciuitates iu
da dabo in solitudinē. eo qd non sit
habitator.

XXXV

Verbū qd factū ē ad hieremiā a do
mino in dieb⁹ ioachim filii
iosie regis iuda. dicens. Vade ad do
mū rechabitaz. ⁊ loquere eis. ⁊ in
troduces eos in domū dñi in unam
exedram thesaurorū. ⁊ dabis eis bi
bere uinū. Et assumpsi iezoniam fi
lium hieremie filii abianne. ⁊ fratres eius.
⁊ omnes filios eius. ⁊ uniuersam domū
rechabitaz. ⁊ introduxi eos in do
mū dñi ad gazophilatiū filiorū a
nan. filii hieziedelie uiri dei. qd erat
iuxta gazophilatiū principū sup the
saurum maasie filii sellum. qui erat
custos uestibuli. Et posui coram fi
liis domus rechabitaz. cyphos uino
plenos. ⁊ calices. ⁊ dixi ad eos. Bibi
te uinū. Quib⁹ respondentes. non bibem⁹
uinū. eo. ionadab filius rechab pa
ter noster. precepit nob⁹ dicens. Non bibetis
uinū uos ⁊ filii uri usq; in sempi

IHS

nũ ꝛ domũ ñ edificabitis ꝛ semente
ñ seretis. ꝛ uineas ñ plantabitis. nec
habebitis. ſ; in tabernaculis hītabitis
cunctis diebꝫ uñs. ut uiuatis diebus
multus ſup faciem ẽre in qua uos pegri
namini. Obediuitq; ḡ uocationi ionadab
filii rechab pris suꝝ in omnibꝫ q̃ pcepit
eis. ut nob. ita ut ñ biberem uinũ cunctis
diebꝫ uñs. nos ꝛ mulieres ure filii ꝛ
filie ure ꝛ ñ edificarem domos ad in
hītandũ. ꝛ uineam ꝛ agrũ ꝛ semente
ñ habuimꝰ ſ; hītauimꝰ in tabernaculis.
ꝛ obedientes fuimꝰ upõ omĩa q̃ pcepit
nob ionadab pr̃ nr̃. Cum aũ ascendiſ
ſet nabuc rex babylonis ad tr̃ã uram
dixi. Venite ꝛ ingrediamur urbem a fa
cie exercitus chaldeoꝝ ꝛ a facie exercitꝰ
syrie. Et mansimꝰ in urbe. Factũ ẽ ũbũ
dñi ad ieremiam dicens. Hec dicit dñs
exercituũ dꝰ isrl. Vade ꝛ dic uiri iuda.
ꝛ hītatoribꝫ urbis. Numquid ñ recipie
tis disciplinam. ut obediatis ũbis
meis dicit dñs. Pro maluerunt sermo
nes ionadab filii rechab. quos pce
pit filiis suis ut ñ biberent uinum.
ñ biberũt usq; ad diem hanc q̃
obedierunt pcepto pris sui. ego aũ
locutus sum ad uos de mane consurgens ꝛ loquens. ñ obedistis mihi. et sili
ã ad uos oĩs seruos meos pphas.
consurgens diluculo mittens eos ꝛ di
cens. Conuertimini unusquisq; a uia sua
a pessima. ꝛ bona facite studia uestra.
ꝛ nolite sequi deos alienos. ut colatis eos. ꝛ hītabitis in tra quã dedi
uob ꝛ patribꝫ uris. Et ñ inclinastis
aurem uram. nec audistis me. Filii
enim ionadab filii re
chab pceptũ patris sui q̃d pcepit eis. pls autẽ iste ñ obediuit mihi.
Idcirco hec dicit dñs exercituũ dꝰ isrl.
Ecce ego adducam sup iudam. ꝛ sup oĩs
hītatores urbis. uniuersam afflictionẽ
quã locutus sum ad eos. eo q̃d locutus
sum ad illos ꝛ ñ audierunt uocaui il
los. ꝛ ñ respondere mihi. Domui aũ re
chab dixit ihemias. Hec dicit
dñs exercituũ dꝰ isrl. Eo q̃d obedistis
pcepto ionadab patris uri. ꝛ custodi
stis oĩa mandata eius. ꝛ fecistis uni
uersa que pcepit uob. ideo hec dicit
dñs exercituũ dꝰ isrl. Non deficiet uir
de hyrpe ionadab filii rechab stans
in conspectu meo cunctis diebꝫ

XXVI

Factũ ẽ in anno ptio ioachim
filii iosie regis iuda. factũ ẽ uer
bum hoc ad ieremiam a dño dicens.
Tolle uoluminem libri ꝛ scribe in eo oĩa
uba que locutus sum tibi. ad iusti
tiã isrl ꝛ iudam. ꝛ ad uniuersas gẽs. a die
qua locutus sum ad te ex diebꝫ iosi
e usq; ad diem hanc. si forte audiens
te domus iuda. uniuersa mala que
ego cogito facere eis. reuertatur unusquisq; a uia sua pessima. ꝛ propitius
ero iniquitati ꝛ pcõ eoꝝ. Vocauit
ḡ ieremias baruch filiũ neriæ. ꝛ scripsit baruch ex ore ieremie omnes sermo
nes dñi quos locutus ẽ ad eũ in uo
lumine. Et pcepit ieremias baruch
dicens. Ego clausus sum nec uale
o ingredi domũ dñi. Ingredere ḡ tu.
ꝛ lege de uoluminem in quo scripsisti
ex ore meo uba dñi audiente pplo
in domo dñi in die ieiunii. insup
ꝛ audiente uniuerso iuda qui uenit

unus de cunctatibz sunt leges eius. si forte cadat oīo eoz in conspectū dñi et reputentur unusquisq; a uia sua pessima. cūm magnus furor et indignatio quā locutus est dñs ad ūsum pplm hunc. Et fecit baruch filius neriæ uxt omnia q̄ præcepat ei ieremias pphā legens eo in uolumine sermones dñi in domo dñi. Factū est aūt in anno quinto ioachim filii iosie regis iuda in mēse nono. pdicauerunt ieiunium in conspectu dñi oēm pplō in ierlm. et omnibz ciuitatibz iuda uenientibz in ierlm. Legit ergo baruch ex uolumine sermones ieremie in domo dñi. in gazophylacio gamarie filii saphā scribe in uestibulo superiori. in introitu portæ nouæ domus dñi. audiente oī pplō. Cumq; audisset micheas filius gamarie filii saphan omnes sermones dñi ex libro. descendit in domū regis ad gazophylacium scribe. Et ecce ibi omnes principes sedebant. elisama scriba. et daniās filii semeie et helnathan filii achobor et gamarias filii saphan. et sedechias filii ananie et omnes principes. Et nunciauit eis micheas oīa uerba que audierat legente baruch ex uolumine in auribz pplī. consurrexit itaq; omnes principes ad baruch uidelicet filium nathanie filii selemeie filii chusi dicentes. Volumen ex quo legisti audiente pplō sume in manu tua. et uenit. Tulit ergo baruch filius neriæ uolumen in manu sua. et uenit ad eos. Et dixerunt ad eū. Sede et lege hec in auribz nris. Et legit baruch in auribz eoz. Igitur cum audissent oīa uba obstupuerunt unusquisq; ad proximū suum. et dixerūt ad baruch. Indicare debem regi omnes sermones istos. Interrogauerunt eū dicentes. Indica nob quō scripseris omnes sermones istos ex ore eius. Dixit autē eis baruch. Ex ore suo loquebatur mihi legens ad me omnes sermones istos. et ego scribebam in uoluīe atramento. Et dixerūt principes ad baruch. Vade et abscondere tu et ieremias. nemo sciat ubi sitis. Et ingressi sunt ad regē in atriū. Porro uolumen cōmendauerunt in gazophylacio eliasame scribe. Et nunciauerūt audienti regi omnes sermones. Misit ergo rex iudi. ut sumeret uolumē. Qui tollens illud de gazophylacio eliasame scribe. legit audiente rege. et omnibz principibz qui stabant circa regem. Rex aūt sedebat in domo hyemali mense nono. et posita erat ara coram eo plena prunis. Cumq; legisset iudi tres pagellas uel quatuor. scidit illud scapello scribe. et proiecit in ignē qui erat sup aram. donec consumeretur omne uolumē igni qui erat in ara. Et tumuerūt neq; timuerunt uestimenta sua rex et omnes serui eius qui audierunt uniuersos sermones istos. Verumtamen helnathan et dalaias. et gamarias contradixerūt regi ne combureret libru. et audiuit eos. Et præcepit rex ieremihel filio amelech. et sarahe filio ezrihel

ꝛ selemie filio abdehel. ut cõprehenderent baruch scribam ꝛ ihemiam pham. Ab sco dit aũ eos dñs. ꝛ ceũ eld ubiũ dñi ad ihemiã posteq combuller at rex uoluñ ꝛ sermones quos scripserat baruch ex ore ihemie dicens. Iterũ tolle uoluñ aliud ꝛ scribe in eo oĩa sermones pores qui erant in uoluminе pore cõ combussit ioachim rex iuda. Et ad ioachim regem iuda dices. Hec dicit dñs. Tu combussisti uolumen illud dicens. cur scripsisti in eo ammuntiãs. ueniet rex babylonis. ꝛ uastabit ram hanc ꝛ cessare faciet ex illa hoiem ꝛ iumentũ. Propea hec dicit dñs cont ioachim regem iuda. Non erit ex eo qui sedeat sup soliũ dꝫ. ꝛ cadauer eius proiectũ ad estum p diem. ꝛ ad gelu p noctẽ. Et uisitabo sup eũ ꝛ cont semen eius ꝛ cont seruos eius iniquitates suas. ꝛ adducã sup eos ꝛ sup habitatores urbis. ꝛ sup uros iuda oĩe malũ cõ locutus sum ad eos. ꝛ nõ audierũt. Ihemias ãt tulit uoluñ aliud ꝛ dedit illud baruch filio neriẽ scribe. Qui scripsit in eo ex ore ihemie oĩa sermones libri quem cõbusserat ioachim rex iuda igni. ꝛ insup additi sunt sermones multo plures. sicũ ante fuerant.

CAPITULUM XXXVII

Et regnauit rex sedechias filius iosie p ꝛconia filio ioachim. qꝫ constituit rex babylonis in ram iuda. ꝛ non obedierunt pe ꝛ seruis ꝛ populis ire ubis dñi que locuta est in manu ihemie pphe. Et misit rex sedechias. iuchal filiũ selemie. ꝛ sophoniam filiũ maasie sacerdotem ad ihemiam pphã dicens. Ora pro nobis dñm deũ nrũ. Ihemias ãt libere ambulabat in medio pp. nõ enĩ miserant eũ in custodiam carceris. Igitur exercitus pharaonis egressus ẽ de egypto. audientes chaldei qui obsidebant iheliu hierusalem nunciũ receperunt ab urbe. Et tãm ẽ ubiũ dñi ad ihemiam pphã dicens. Hec dicit dñs deus israel. Sic dicetis regi iuda. qui misit uos ad me rogandũ. Ecce exercitus pharaonis qui egressus ẽ uob in auxiliũ reuertetur in ram suam in egyptũ. Et redient chaldei. ꝛ bellabunt cont ciuitatem hanc. ꝛ capient eam. ꝛ incendent igni. Hec dicit dñs. Nolite decipere aias uras dicentes. euntes abibunt. ꝛ recedent a nob chaldei. qꝫ nõ abibunt. Etenim si percusseritis omnẽ exercitũ chaldeoꝝ qui pugnant adu sum uos. ꝛ derelicti fuerint ex eis alqui uulnerati. singli de tentorio suo consurgent. ꝛ incendent ciuitatem hanc igni. Igitur cum recessisset exercitus chaldeoꝝ ab urbe pp exercitũ pharaonis. egressus ẽ ihemias de urbe. ut iret in tra beniamin. ꝛ diuideret ibi possessionem in medio ciuiũ. Cumq; pueniss ad portã beniamin. erat ibi custos porte puntes. nomine iheriah filius selemie. filii ananie. Et apprehendit ihemiã pphã dicens. Ad chaldeos pfugis. ꝛ cepit ihemias. dicẽs. falsũ. non fugio ad chaldeos. Et nõ audiuit eũ. sed comprehendit iheriah ihemiam. ꝛ adduxit eũ ad principes. Cumq; irati principes cont ihemiã. cesũ eũ

miserunt in carcerem q̄ erat in domo
ionathan scribe. ipē enī ip̄positus erat
sup̄ carcerem. Intrauit ingressus ē ieremias
in domū lacu. & in cryptulā. & sedit ibi
ibi ieremias diebus multis. Mittens
aūt rex sedechias tulit eum & iuxta
ostium in domo sua abscondite & dixit
Quid uere ē sermo a dño. Et dixit ie
remias. Est. Et amplius In manu regis baby
lonis traderis. Et dixit ieremias ad
regem sedechiam. Quid peccaui tibi
& seruis tuis. & pplo tuo. q̄ misisti
me in domū carcerem. Vbi sunt pphe
tē q̄ pphabant uob & dicebant.
Nō ueniet rex babylonis sup̄ uos. & sup̄
terram hanc. Audi nunc obsecro
dñe mi rex. Valeat deprecatio mea in
conspectu tuo. & ne me remittas in do
mum ionathan scribe. & moriar ibi.
Precepit ḡ rex sedechias ut tradē
tur ieremias in uestibulo carceris.
& daretur ei torta panis cotidie ex
cepto pulmento. donec consumerentur
omnes panes de ciuitate. Et mansit
ieremias in uestibulo carcēris. CAPXXVIII
Audiuit aūt saphatias filius ma
than. & ihedelias filius phassur.
& uchal filius semelie & phassur fi
lius melchie sermones quos ieremi
as loquebatur ad omē plm dicens.
Hec dicit dñs. Qui cūq; manserit
in ciuitate hac. morietur gladio. et
fame. & peste qui aūt pfugerit ad
chaldeos uiuet. & erit aīa ei. & spes
uiuens. Hec dicit dñs. Tradendo tra
detur ciuitas hec in manu exercitus
regis babylonis. & capiet eam. Et
dixerūt principes regi. Rogam̄ ut occi
datur ho iste. De industria enī dissol
uit manus uiroꝝ bellatoꝝ q̄ remā
serunt in ciuitate hac. & manus omnis
plī. loquens ad eos uerba hec. Ho
quidem homo hic nō querit pacē plī
huic. sed malū. Et dixit rex sedechias.
Ecce ip̄e in manibus uris. Nec enim
fas est uob regem quicq̄m negare.
Tulerunt ḡ ieremiā & proiecerunt eum
in lacū melchie filii amelech q̄ erat
in uestibulo carcēris. Demiserunt ie
miam in funibus in lacū. in quo non
erat aq̄ sed lutum. Descendit ieremias
in cenū. Audiuit aūt abdeme
lech ethyops unus eunuchus q̄ erat
in domo regis q̄d mississent ieremi
am in lacū. porro rex sedebat in por
ta beniamin. Et egressus ē abdeme
lech de domo regis. & locutus ē ad regē
dicens. Dñe mi rex male fecerunt
uiri isti omnia quecūq; pessimerunt
ieremiam pphām mittentes eū
in lacū ut moriatur ibi fame. q̄ nō
est amplius panis ultra in ciuitate. Precepit
itaq; rex abdemelech ethyopi dicēs.
Tolle tecū hinc xxx uiros. & leua ie
miam pphām de lacu. antequā moriatur.
Assumptis ḡ abdemelech uiris
suis ingressus est domū regis que
erat sub cellario. sulla inde uetera
pannos & antiqua que computri
erant. & submisit ea ad ieremiā in
cum p funiculos. Dixitq; abdeme
lech ethyops ad ieremiam. Pone ue
tera panna & uet sulla & putrida
sub cubitu manuū tuaꝝ. & sic funes.
Fecit ḡ ieremias sic. Et extraxerunt
ieremiam funibus & eduxerūt eū de

lacu. ⁊ansit aũ ihemias in uestibu
lo carceris. ⁊t mansit ibi sedechias ⁊
misit ad se ihemiam ꝓphã ad ostiũ
tertiũ. qđ erat in domo dñi. ⁊ dixit
rex ad ihemiam. Interrogo ego te ser
monem. ne abscondas à me aliquid.
Dixit aũ ihemias ad sedechiam. Si an
nuntiauero ⁊ nunquid nõ interfices
me. ⁊ si consiliũ tibi dedero. nõ me au
dies. Iurauit ḡ rex sedechias ihemie
liam dicens. Viuit dñs qui fecit no
bis aiam hanc. si occidero te. ⁊ nõ tra
didero in manũ uiroꝝ istoꝝ qui quã
rũt aiam tuam. ⁊t dixit ihemias ad se
dechiam. Hec dicit dñs deꝰ exercituũ dꝰ
israhel. Si egressus exieris ad ꝓcipes
regis babylonis. uiuet anima tua.
⁊ urbs hec nõ succendetur igni. ⁊ tu
tus eris tu ⁊ domus tua. Si aũ nõ
exieris ad ꝓcipes regis babylonis.
tradetur ciuitas hec in manus chal
deoꝝ. ⁊ succendent eam igni. ⁊ tu nõ
effugies de manu eoꝝ. Dixit rex se
dechias ad ihemiam. Sollicitus sum
ꝑ iudeos. qui trãsfugerunt ad chal
deos. ne forte tradar in manus eoꝝ.
illudant mihi. Dixit aũ ihemias. Nõ
tradent. Audi quelo uocẽ dñi quã
ego loquor ad te. ⁊ bene tibi erit ⁊
uiuet aĩa tua. Qđ si nolũs egredi
ri ẽ sermo quem ostendit mihi dñs.
Ecce omnes mulieres q̃ remanserũt in do
mo regis iuda. educentur ad ꝓcipes
regis babylonis. ⁊ ipse dicent. Seduxerunt te ⁊ prualuerunt adũsq̃ te
uri pacifici tui. demiserunt in cenno
tũ pedes tuos. ⁊ recesserunt
retro. Et omnes uxores tue. ⁊ filii tui
educentur ad chaldeos. ⁊ tu effugies
manus eoꝝ. Sed in manu regis baby
lonis capieris. ⁊ ciuitatem hanc cõ
buret igni. Dixit ḡ sedechias ad
ihemiam. Nullus sciat uba hec.
⁊ tu morieris. Si aũ audierint ꝓn
cipes. q̃ locutus sum tecũ. ⁊ uenie
rint ad te ⁊ dixerint tibi indica no
bis quid locutus sis cum rege. ne ce
les nos ⁊ nõ te interficiemus. ⁊ quid lo
cutus sit tecũ rex dices ad eos.
Deprecatus ego ꝓces meas coram re
ge ne me reduci iuberet in domũ
ionathan. ⁊ ibi morerer. Venerunt
ergo omnes ꝓcipes ad ihemiam. ⁊ interrogauerunt eũ. Et locutus est eis iuxta
omnia uba que ꝓcepat ei rex. ⁊ cessa
uerunt ab eo. Nichil enim fuerat au
ditũ. ⁊ mansit ihemias in uestibulo carceris. usq; ad diem q̃ capta est urbs. ⁊ ipse ẽ ut ceperũt urbem.

Anno nono sedechie regis iuda. mense x. uenit nabuchodonosor rex babylonis. ⁊ omnis exercitus eius
ad urbẽ. ⁊ obsidebant eam. Undecimo aũ anno sedechie mense q̃rto.
quinta mensis aperta ẽ ciuitas. ⁊ in
gressi sunt omnes principes regis ba
bylonis. ⁊ sederunt in porta media. nergelsereser semegarnabu
sarsachim rabsares nergelsereser rabmag. ⁊ omnis reliqui princi
pes regis babylonis. Cumq; uidis
sent eos sedechias rex iuda. ⁊ omnes u
ri bellatores fugerunt. ⁊ egressi sunt
nocte de ciuitate ꝑ uiam horti regis.
⁊ ꝑ portam que erat inter duos mu
ros. ⁊ egressi sunt ad uiam deserti.

Secutꝰ est aũ eos exercit⁹ chaldeoꝝ. et
cõprehenderunt sedechiam in cã
po iericuntinus ibiq; cõtune. et capti
addixerunt ad nabuc regẽ babyl.
in reblatha q̃ est in tra emath. ꝙ
locutꝰ est ad eũ iudicia. Et occidit
rex babylonis filios sedechie in re
blatha in oculis eius. et oẽs nobiles
iuda occidit rex babylonis. Oculos
quoq; sedechie eruit. et vinxit eũ in
compedibꝫ. ut duceretur in babylonẽ
Domũ quoq; regis. et domũ vulgi iue
cenderunt chaldei igni. et muros ierlm
subuerterunt. reliquias vꝝ q̃ remane
rent in ciuitate. et profugas qui cũ
fugerant ad eũ. et vꝝ filios vulgi q̃
remanserant. tũc tulit nabuzardan
magꝰ militũ in babylonẽ. Et de ple
be pauꝑ q̃m nichil penit habebant
dimisit nabuzardan magꝰ militũ
in tra iuda. et dedit eis vineas et agros
in die illa. Preceperat aũ nabuc
rex babylonis de ieremia. ꝙ hanã
buzardan magꝰ militũ dicens. Tol
le illũ et pone sup eũ oculos tuos. nichil
q; ei male facias. sed ut voluit sic fa
cies ei. Misit ig̃ nabuzardan princeps
militũ. et nabusezban et rabsares.
et nergel et sereser et rebmag et oẽs
optimates regis babylonis misere
et tulerunt ieremiam de vestibulo car
ceris. et tradiderunt eũ godolie filio
ahicham filii saphan ut duceret
domũ. et habitaret in ꝓplo. Ad ieremiã
aũ fuerat sermo dñi cũ clauderet
adhuc in vestibulo carceris dicens.
Vade et die abdemelech ethiopi dicens.
Hec dicit dñs exercituũ deus israel.

ego inducam sermones meos sup ciui
tatem hanc in malũ et nõ in bonũ. Et
erunt in conspectu tuo in die illa. Tue
ralbo te in die illa ait dñs. et nõ trade
ris in manus eorum quos tu formidas.
Sed eruens liberabo te. et gladio nõ cade
ris. Sed erit tibi anima tua in salutẽ quia me
fiducia habuisti ait dñs.

CXL

Sermo qui factus est ad ieremiam a
dño. postquã dimisit eũ nabu
zardan magꝰ militũ de rama. cũ vi
sset eũ vinctum cathenis in medio oĩ
um qui migrabant de ierlm et iuda. et
ducebantur in babylonẽ. Tollens ig̃
princeps militũ ieremiam dixit ad eum.
Dñs deus tuus locutus est malũ hoc sup
locum istum. et adduxit et fecit dñs sicut
locutus est. quia peccastis dño et non audi
stis voci eius. et factus est vobis sermo hic.
Nunc ig̃ ecce solui te hodie de cathe
nis que sunt in manibus tuis. Si pla
cet tibi ut venias mecũ in babylonẽ
veni. et ponam oculos meos sup te. Si aũ
displicet tibi venire mecũ in babylo
nem. reside. Ecce omnis tra in conspectu
tuo. quo elegeris et quod placuerit tibi
ut eundas illuc vade. Et necdum voluit
ire. sed hec ait ad godoliam filium ahi
cham filii saphan quem prefecit rex
babylonis super ciuitates iude. habita ergo
cum eo in medio pop̃i. vel quocumq;
placuerit tibi ut eundas. vade. Dedit
quoq; ei magꝰ militum cibaria mu
nuscula. et dimisit eum. Venit autem
ieremias ad godoliã filiũ ahicham
in maspha. et habitauit cum eo in me
dio pop̃i qui relictus fuerat in tra. Cum
q; audissent omnes principes exercitus

qui dispsi fuant p regiones. ipi r dcm
corr qđ pfecisset rex babylonis godo
liam filiū ahicham ire. r qđ cōmen
dasset ei uiros. r mulieres r paruulos.
r de pauplb; tre qui ñ fuant translati
in babylonē. uenerunt ad godoliam
in maspbat. r ysmahel filiū nathame.
r iohannan r ionathan filii charee. et
tanas filii thanemech. r filii ofti qui
erant de netophath. r ihezonias filius
machathi. ipi r uiri eor. Et iurauit eis
godolias filii ahycham filii saphan. r
comilib; eor dicens. Nolite timē ser
uire chaldeis. habitate in tra. r seruite
regi babylonis. r bñ erit uob. Ego
ego sto in maspbat ut respondeam pre
sb chaldeor qui mittuntur ad nos. vos
aūt colligite uindemiā. r messem r ole
um. r condite in uasis uris. r manete
in urbib; uris quas tenetis. Cū
omnis udei qui erant in moab. r in fi
liis ammon. r in ydumea. r in uniu
sis regionib; audisset qđ dedisset rex
babylonis reliquias in iudea. r qđ
posuisset sup eos godoliam filiū ahi
cham filii saphan. reliqui sunt in eā
omnis udee de unūsquisq; locis ad que p
fugerant. Et uenerunt in tram iuda
ad godoliam in maspbat. r collegerūt
nimiū. r messem multam nimis. Joha
nan aūt filius caree. r omnes pncipes ex
ercitus qui dispsi erant in regionib;
uenerunt ad godoliam in maspbat.
r dixerunt ei. Scito qđ balalis rex fi
lior ammon miserit ysmahel filiū na
thame perimere aīam tuam. Et ñ cre
didit eis godolias filius ahycham.
Johanan uero filii caree. dixit ad godo
liam clam in maspbat loquens. Ego
r percutiam ysmahel filiū nathame nul
lo sciente. ne interficiat aīam tuam. r dis
pentur omnes udei qui congregati sūt
ad te. r pibunt reliquie iuda. Dixit go
dolias filius ahycham ad iohanan
filiū charee. Non facies rē hoc. falsa
sum enim tu loqueris de ysmahel.

CXLI

Factū est aūt mense septīo uenit
ysmahel filius nathame filii
eliama de semine regali. r optima
tes regis. r decem uiri cum eo ad go
doliam filiū ahycham in maspbath.
r comederunt ibi panes simul in mas
phat. Surrexit aūt ysmahel filius na
thame r decem uiri qui erant cū eo.
r percusserunt godoliam filiū ahichā
filii saphan gladio. r interfecerunt eū
quem pfecerat rex babylonis tre.
Omnes quoq; udeos qui erant cū godo
lia in maspbat. r chaldeos qui reper
sunt ibi. r uiros bellatores. percussit
ysmahel. Secūdo aūt die postq̄m occide
rat godoliam nullo adhuc sciente ue
nerunt uiri de sichem. r de silo. r de
samaria. octoginta uiri rasi barbam.
r scissis uestib; r consumpti. munera
r thus habebant in manu. ut offer
rent in domū dñi. Egressus ūo ysma
hel filius nathame in occursum eor
de maspbat incedens r plorans ibat.
Cum aūt occurrisset eis. dixit ad eos.
Venite ad godoliā filiū ahichā. Cum
cum uenissent ad mediū cuitatis.
interfecit eos ysmahel filii nathame
circa mediū lacus qui r uiri qui erant
cū eo. Decem aūt uiri reperti sunt inter
eos. qui dixerunt ad ysmahel. Noli

cendē nos. qz habem̄ thesauros in
agro frumenti z ordei z olei z mellis.
Et tcessant. ñ interfect eos. eñ filiis
suis. Factus aũ in quem precerat yz
mahel omia cadalia uiroꝝ quos p
cussit pp godoliam. npe eis quem ce
cerat terrata pp baasa regem israhel. ip
sum trucidauit yismahel filiũ nathanie
cecisit. Et captiuas duxit yismahel
omes reliquias pp qui erant in mal
phat filias regis z inuitum pplm
qui remanserat in malphat. quos
cōmendauerat nabuzardan princeps
militie godolie filio ahycham. Et
cepit eos yismahel filius nathanie
z abiit ut trasiret ad filios ammon.
Audiuit aũ iohanan filius caree z
omes principes bellatoꝝ qui erant
eo omne malũ qd fecerat yismahel
filiũ nathanie z assumptis omnibus
suis uenit ut bellarent
adūsum yismahel filiũ nathanie.
Et inuenerunt eñ ad aquas multas
q sunt in gabaon. Cūq uidisset oēs
pples qui erant cum ismahel iohanā
filiũ caree z inuitos principes bel
latoꝝ qui erant cū eo. letati sunt.
Et reuersus e omis pples quem ceperat
yismahel in malphat. Reuersus qz
abiit ad iohanan filiũ caree. Ismā
hel aũ filius nathanie. fugit cū
octo uiris a facie iohanan. z abiit
ad filios ammon. Timuit g iohā
nan filius caree z omes principes
bellatoꝝ qui erant cū eo inuitos
reliquias uulgi quas reduxerant
ab yismahel filio nathanie de mal
phat. postq percussit godoliā filiũ
ahycham fortes uiros ad pliũ. inui
neres z pueros. z inuitos. quos
reduxerat de gabaon. z abierunt et
sederunt pegrinantes in chamaã
que e iuxta bethleem. ut pgerent
z introirent egyptū a facie chalde
oꝝ. Timebant eñ eos. qz percussisset
yismahel filius nathanie godoliam
filiũ ahycham quem p̃posuerat rex
babylonis in tra iuda.

CXLII

Et accesserunt omes principes bel
latoꝝ z iohanan filius caree.
et iezonias filius ozaie z reliquum
uulgus a paruo usq; ad magnũ
diuerunt ad ieremiam pphã. Ca
dat oro tua in conspectu tuo. oza
pro nob ad dñm dñm tuũ p uniuersis
iuquis istis. qz delicti sumus pau
ci de plurib; sicut oculis tuis nos intu
entur. z annunciet nob dñs deus
tuus uiam p qm pgamus. z iudi
cio faciamus. Dixit aũ ad eos ieremi
as pphã. Audiui. Ecce ego oro ad
dñm dñm uestrũ secm uba tua. Omne
uerbũ qcõtumq; respondit dñs mihi
celabo uob. nec celabo uos quicquã.
Et illi dixerunt ad ieremiam. Sit
dñs ut nos testis ueratus z fidelis
ñ ut omne uerbũ in quo miserit te
dñs ds tuus ad nos sic faciem. siue
bonũ e siue malũ. Voci dñi dei nri
ad quem mittimus te obediemus.
ut bene sit nob cum audierimus uocẽ
dñi dei nri. Cum aũ complesset
decem dies. factũ est uerbum dñi ad
ieremiam. Vocauitq; iohanan filiũ
caree z omes principes bellatoꝝ
qui erant cũ eo z uniuersum pplm a

minimo usq; ad maiorē. ⁊ dixē ad
eos. Hec dicit dñs ds isrl. ad quē
misistis me. ut psternerem pces vras
in conspectu eius. Si quieti eritis ma
nentes in tra hac. ed̄ificabo vos. ⁊ nō
destruam. plantabo ⁊ nō evellam.
Jam enim placatus sum sup malo qđ fe
ci vob. Solite timere a facie regis ba
bylonis. quem vos pauidi formi
datis. Solite eū timere dicit dñs.
⁊ vobcū sum ego ut saluos faciā
vos. ⁊ eruam de manu eius. Et da
bo vob miās ⁊ misereb̄or vr̄i. ⁊ hi
tare vos faciam in tra vr̄a. Si aut̄
dixeritis vos. nō habitabim⁹ in tra ista.
nec audiemus voc̄ dñi dei nr̄i di
centes. nequaq̄m. sed ad tram egyp
ti pgemus. in q̄ nō videbim⁹ bellū. et
clangorem tube nō audiem⁹. ⁊ fame
nō sustinebim⁹. ⁊ ibi hitabim⁹. ꝓpter
hoc audite verbū dñi reliquie iuda.
Hec dicit dñs exercituū ds isrl. Si po
nentes vos facie vr̄am ut ingrediamu
ni egyptū. ⁊ intretis ut ibi hite
tis. gladius quem vos formida
tis. ibi comprehendet vos in tra e
gyptī. ⁊ fames ꝙ qua estis sollici
ti adherebit vob in egypto. ⁊ ibi
morieminī. Omnes q̄ cumq; qui posue
rint facies suas ut ingrediantur
egyptū. ⁊ habitent ibi. morientur
gladio. ⁊ fame. ⁊ pestē. ⁊ nullus de
eis remanebit. nec effugiet a facie
mali. qđ ego adducam sup eos. Hec
dicit dñs exercituū deus isrl. Si
cut conflatus est furor meus. ⁊ indig
natio mea sup habitatores hierm. sic co
flabitur indignatio mea sup vos
cum ingressi fuitis egyptū. ⁊ erro
stis in animabꝰ vr̄is. ⁊ in hypocrisi. ⁊ in
maledictis. ⁊ in obprobrio. ⁊ nequaq̄
vidēbitis locum istū. verbū
dñi sup vos reliquie iuda. Solite
timere egyptū. Scientes scietis q̄
obtestatus sum vos hodie. q̄ dixe
ritis a me ad dñm dñm nr̄m. ut omnia
quecumq; dixerit vobis dñs ds nr̄. sic
annuntiā vob. ⁊ faciemus. Et an
nuntiaui vob hodie. ⁊ nō audistis
vocem dñi dei vr̄i. sup universis pro
quibꝰ misit me ad vos. Nunc ergo
scientes scietis q̄ gladio. ⁊ fame. ⁊
peste morieminī in loco ad quem
voluistis venire. vos habitaretis ibi.

XLIII

Factum est aut̄ cum com
pleret ieremias loquens ad
pplm universos sermones dñi dei eo
rum ꝙ quibꝰ miserat eum dñs deus
eor ad illos. omnia uba hec. dixit a
zarias filius osaie. ⁊ iohanan filius
caree. ⁊ omnes viri superbi. dicentes ad
ieremiam. mendacium tu loqueris.
non misit te dñs ds nr̄ dicens. ne ng̃
diatis in egyptū. ut habitetis illic.
Et baruch filius neriē incitat te ad
nos. ut tradat nos in manus
chaldeoꝝ. ⁊ interficiat nos. ⁊ transl
ducat in babylonē. Et non audi
uit iohanan filius caree. ⁊ omnes pn
cipes bellator. ⁊ universus pplus voc̄
dñi. ut manerent in tra iuda. Et vol
ens iohanan filius caree. ⁊ universi pn
cipes bellator. universos reliquos de
iuda. qui reuersi fuerant de cunctis

gentib; ad quas fuerant aũ dispsi. ut hĩtarent in tra iuda uros ⁊ mu
lieres. ⁊ paruulos. ⁊ filias regis. et
omnẽ aiam quã reliquerat nabu
zardan princeps militie cum godolia
filio ahicham filii saphan. ⁊ hiere
miam pphã. ⁊ baruch filiũ nerie. in
gressi sunt tram egypti. qm̃ non obe
dierunt voci dñi. ⁊ uenerunt usq;
taphnis. Et factus est sermo dñi ad
hieremiam in taphnis dicens. Sume
in manu tua lapides grãdes. ⁊ abscõ
de eos in crypta que est sub muro la
terum. in porta domꝰ pharaonis in taph
nis coram uiris iudeis. ⁊ dices
ad eos. Hec dicit dñs exercituũ deꝰ
isrl. Ecce ego mittam ⁊ assumã na
buchodonosor regem babylonis seruum
meum. ⁊ ponam thronũ eius sup lapides
istos quos abscondi. ⁊ statuet solii
um suum sup eos. uenietq; percutiet
tram egypti. quos in mortem in mor
tem. ⁊ quos in captiuitatem in captiui
tatem. ⁊ quos in gladio in gladium.
Et succendet ignem in delubris deo
rum egypti. ⁊ comburet eos. et
captiuos ducet illos. ⁊ amictietur
tra egypti. sicut amictitur pastor
pallio suo. ⁊ egredietur inde in pa
ce. conteret statuas domus solis
que sunt in tra egypti. ⁊ delubra
deorum egypti comburet igni.

XLIII

Verbum qđ factum est ad hieremiã
ad omnes iudeos qui hĩtant
in tra egypti. hĩtantes in magda
lo. ⁊ in taphnis. ⁊ in memphis. ⁊ in
tra phatures. dicens. Hec dicit dñs
exercituũ deꝰ isrl. Vos uidistis omne
malũ istud qđ adduxi sup illã. ⁊ sup oẽs
urbes iuda. ⁊ ecce sunt deserte hodie
⁊ nullus in eis hĩtator. p̃p malitiã quã
fecerunt ut me ad iracundiam pro
carent. ⁊ irent ⁊ sacrificarent ⁊ colerent
deos alienos quos nescierunt
⁊ ipsi ⁊ uos ⁊ pres uri. Et misi ad uos
oẽs seruos meos pphas de nocte
consurgens. mittens ait. ⁊ dicens.
Nolite facere uerbum abhominationis
huicemodi. Et nõ audierunt nec inclina
uerunt aurem suam ut conuerterent
a malis suis. nõ sacrificarent deis a
lienis. Et conflata est indignatio mea
⁊ furor meus. ⁊ succensa est in ciuitatib;
iuda. ⁊ in plateis hierl. ⁊ facta est in so
litudinem. ⁊ in uastitatem sicut die hanc.
Et nunc hec dicit dñs exercituũ deus
isrl. Quare uos facitis malũ grande
hoc contra animas uras. ut intereat ex
uob; uir ⁊ mulier. paruulus ⁊ lac
tans. de medio iude. nec relinquat
uob quicquã residuũ. prouocantes me
in operib; manuũ uarũ. sacrificantes
deis alienis in tra egypti. in qm̃ in
gressi estis ut hĩtetis ibi. ⁊ disperga
mini ⁊ sitis in maledictionem ⁊ in obpro
brium cunctis gentib; terre. Numquid
obliti estis mala patrum uestrorum. ⁊ ma
la regum iuda. ⁊ mala uxorum eius. ⁊ ma
in domū. discipli eius secundo interrogabāt illū. Quare nos ñ potuimus eicere illum? Et dixit illis. Hoc genus in nullo potest exire nisi in oratione & ieiunio. Et inde profecti pertransiebant galileam. nec volebat ut quisquam sciret. docebat enim discipulos suos. & dicebat illis. Quia filius hominis tradetur in manus hominū. & occident eum. & occisus tertia die resurget. At illi ignorabāt verbum. & timebant eum interrogare. Et venerunt capharnaū. Cumq; domi esset. interrogabat eos. Quid in via tractabatis? At illi tacebant. Siquidem inter se in via disputauerant. quis eorum maior. Et residens vocauit duodecim. & ait illis. Si quis vult primus esse. erit omnium nouissimus & omnium minister. Et accipiens puerum statuit eum in medio eorum. Quem cum complexus esset. ait illis. Quicunq; unum ex huiusmodi puerīs receperit in nomine meo. me recipit. Et quicunq; me susceperit. non me suscipit. sed eum qui me misit. Respondit illi iohannes dicēs. Magister vidimus quendā in nomine tuo eicientem demonia. qui non sequitur nos. & prohibuimus eum. Ihesus autem ait. Nolite prohibere eum. Nemo enim est qui faciat virtutem in nomine meo. & possit cito male loqui de me. Qui enim non est aduersum nos. pro nobis est. Quisquis enim potum dederit vobis calicem aque in nomine meo. quia christi estis. amen dico vobis non perdet mercedem suam. Et quicunq; scandalizauerit unum ex his pusillis credentibus in me. bonum est ei magis si circumdaretur mola asinaria collo eius. & in mare mitteretur. Et si scandalizauerit te manus tua abscide illam. bonum est tibi debilem introire in vitam. quam duas manus habentem ire in gehennam in ignem inextinguibilem ubi vermis eorum non moritur. & ignis non extinguitur. Et si pes tuus te scandalizat. amputa illum. bonum tibi est claudum introire in vitam etiam quam duos pedes habentem mitti in gehennā ignis. inextinguibilis. ubi vermis eorum non moritur. & ignis non extinguitur. Omnis enim igne salietur. & omnis victima sale salietur. bonum est sal. Quod si sal insulsum fuerit in quo illud condietis? Habete in vobis sal. & pacem habete inter vos.

Et inde surgens venit in fines iudee. vltra iordanem. & conuenerunt rursum turbe ad eum. & sicut consueuerat rursum docebat illos. Et accedentes pharisei interrogabant eum. si licet viro uxorem dimittere. temptantes eum. At ille respondens. dixit eis. Quid vobis precepit moyses? Qui dixerunt. moyses permisit libellum repudii scribere. & dimittere. Quibus respondens ihesus ait. Ad duritiam cordis vestri scripsit vobis preceptum istud. Ab initio autem creature. masculum & feminam fecit eos deus. & dixit. Propter hoc relinquet homo patrem suum & matrem & adherebit ad uxorem suam. & erunt duo in carne una. Itaque iam non sunt duo sed una caro. Quod ergo deus coniunxit homo non separet. Et in domo iterum discipuli eius de eodem interrogauerunt eum. Et dixit illis. Quicunq; dimiserit uxorem suam et aliam duxerit. adulterium committit super eam. Et si uxor dimiserit virum suum et alii nupserit. moechatur. Et offerebant

illi puulos. ut tangeret illos. Discipuli aũ cõminabantur offerentibz. Quos cũ uidisset ihc indigne tulit. & ait illis. Sinite paruulos uenire ad me. & ne prohibueritis eos. Talium est enim regnũ dei. Amen dico uob. quisq; ũ receperit regnũ dei uelut puulus. ñ intrabit in illud. Et complexans eos. & imponens manus sup illos. benedicebat eos. Et cum egressus esset in uia. procurrens quidam genu flexo ante eũ rogabat eum. Magr bone. quid faciã ut uitam eternam possidam: Ihc aũ dixit ei. Quid me dicis bonũ: Nemo bonus. nisi unus ds. Precepta nosti: Ne adulteres. ne occidas. ne furtum. ne falsum testimoniũ dixeris. ne fraudem feceris. Honora patrem tuũ & matrem. At ille respondens. ait illi. Magr omnia hec obseruaui a iuuentute mea Ihc aũ intuitus eum. dilexit eum & dixit illi. Unum tibi deest. Vade quecũq; hs uende. & da pauperibz. & habebis thesaurum in celo. & ueni sequere me. Qui contristatus in uerbo. abiit merens. erat enim hns possessiones multas. & circumspiciens ihc ait discipulis suis. Quã difficile qui pecunias hnt in regnũ dei introibunt. Discipuli aũ obstupescebant in uerbis eius. At ihc rursus respondens. ait illis. Filioli. quã difficile & confidentes in pecuniis in regnũ dei introire. Facilius & camelus per foramen acus transire. quã diuitem intrare in regnũ dei. Qui magis admirabantur. dicentes ad semetipsos. & quis potest saluus fi? & intuens illos ihc ait. Apud homines impossibile & sed non apud dm. Omnia enim possibilia sunt apud dm. Et cepit petrus ei dicere. Ecce nos dimisimus omnia. & secuti sumus te. Respondens ihc ait. Amen dico uob. nemo est qui reliquerit domum. aut fres. aut sorores. aut patrem aut matrem. aut filios. aut agros propter me & propter euangelium. qui non accipiat centies tantum nunc in tempore hoc. domos & fres. et sorores. & matres & filios & agros. cum persecutionibz. & in seculo futuro uitam eternam. Multi aũ erunt primi nouissimi. & nouissimi primi. Erant aũ in uia ascendentes in hierosolymã. & precedebat illos ihc. & stupebant & sequentes timebant. & assumens rursum xii. cepit illis dicere que essent ei uenturã. Quia ecce ascendimus hierosolymam & filius hois tradetur principibz sacerdotũ & scribis & senioribz et damnabunt eum morte. Et tradent eum gentibz & illudent ei & conspuent eum & flagellabunt eum & occidunt eum & tertia die resurget. Et accedunt ad eum iacobus & iohes. filii zebedei. dicentes. Magr uolumus ut quecumq; petierimus faciasnob. At ille dixit eis. Quid uultis ut faciam uob. Et dixerunt. Da nob ut unus ad dexterã tuam & alius ad sinistrã tuã sedeamus in gla tua. Ihc aũ ait eis. Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicem quem ego bibo. aut baptismũ quo ego baptizor baptizari: At illi dixerunt ei. Possumus. Ihc aũ ait eis. Calicem quidem quem ego bibo bibetis. & baptismo quo ego baptizor baptizabimini. sedere aũ ad dexteram meam uel ad sinistram ñ est meũ dare uob. sed cui paratum est. Et audientes x. ceperunt indignari de iacobo & iohe. Ihc aũ uocans eos. ait illis. Scitis qm hi qui uidentur principari gentibz dñantur eis. & principes eorũ potestatem hnt eorũ. Non

tra ẽ aũ in uob. & quecũq; uoluit ī uo
bis ꝓmus cẽ. erit omniũ seruus. Nam ⁊
filius hois ñ uenit ut ministretur ei. sed
ut ministret. ⁊ det animã suã redẽp
tionem ꝓ multis. ⁊ ueniunt iherico. ⁊ ꝓ
ficiscente eo de iherico ⁊ discipulis ei⁹ ⁊ ꝑ
ma multitudine. filius thimei bartimẽ
eus sedebat ꝯ uiam mendicans. Qui
cũ audisset q̃ ihc nazarenus ẽ cepit cla
mare ⁊ dicẽ. fili dẽ ihu. miserẽ mei. Et
cõminabant ei multi ut taceret. At ille
multo magis clamabat. fili dẽ miserere
mei. ⁊ stans ihc ꝓcepit illũ uocari. ⁊ uo
cant cecum. dicentes ei. Mñ-quoz esto.
surge. uocat te. Qui proiecto uestimento
suo. exiliens. uenit ad eũ. Et respons ihc
dixit illi. Quid uis ẽ faciam? Cecus aũ
dixit ei. Rabboni. ut uideam. Ihc aũ ait
illi. Vade. fides tua te saluũ fecit. ⁊ con
festim uidit. ⁊ sequebat eũ in uia.

Et cum appropinquarent hĩ solimis ⁊ bet
hanie ad montem oliueti. mittit duos ex discipulis suis. ⁊ ait illis. Ite in ca
stellũ quod ẽ contra uos. ⁊ statim introeuntes
illuc. inuenietis pullũ ligatũ cui⁹ quem
nemo adhuc hominũ sedit. Soluite illũ.
⁊ adducite. Et si quis uob dixerit quid face
tis. dicite q̃ dño necessarius ẽ. ⁊ continuo illũ dimittet huc. Et abeuntes inuenerũt
pullũ ligatũ aũ ianuam foris in biuio.
⁊ soluunt eũ. Et quidam de illic stantibꝫ.
dicebant illis. Quid facitis soluentes pullum? Qui dixerũt eis sicut ꝓcepit ihc.
⁊ dimiserunt eis. Et duxerunt pullũ ad
ihm. Et imponunt illi uestimenta sua. ⁊ se
dit sup eũ. Multi aũ uestimenta sua strauerunt in uia. alii aũ frondes cedebant
de arboribꝫ ⁊ sternebant in uia. Et qui pꝛ
cedebant. ⁊ qui sequebantur. clamabant dicentes. Osanna benedictus qui uenit in nomine
dñi. benedictum q̃d uenit regnũ patris
nri dẽ. osanna in excelsis. Et introiuit ihc
hierosolimam in templũ. Et circumspectis
omnibꝫ cum iam uespere esset hora. exiit in
bethaniam cum. xii. Et alia die cũ exiret
a bethania esuriit. Cumq; uidisset a lon
ge ficum habentem folia. uenit si quid forte
inueniret in ea. Et cum uenisset ad eam.
nichil inuenit ꝑter folia. non enim erat
tempus ficoꝝ. ⁊ respondens dixit ei. Iam ñ
amplius in te fructum. quisq; ex te
manducet. Et audiebant discipuli ei⁹. ue
niunt hierosolimam. Et cũ introisset templũ.
cepit eicere uendentes ⁊ ementes in templo.
⁊ mensas nummulariorũ ⁊ cathedras uen
dentiũ columbas euertit. Et ñ sinebat ut
quisq; transferret uas ꝑ templũ. ⁊ docebat
dicens eis. Nonne scriptum ẽ q̃ domus
mea domus orõis uocabitur omnibus
gentibus? Vos aũ fecistis eam spẽlucam
latronũ. Quo audito ꝓncipes sacerdotũ
⁊ scribe. querebant quo eũ pderent. Time
bant enim eũ. q̃m uniuersa turba admira
batur sup doctrina ei⁹. Et cum uespere fieret exi
ebantur de ciuitate. Et cum mane transi
rent. uiderunt ficum aridam factam a radi
cibus. ⁊ recordatus petrus. dixit ei. Rabbi.
ecce ficus cui maledixisti aruit. ⁊ respondens
ihc. ait illis. Habete fidem dei. Amen dico uo
bis. quicũq; dixerit monti huic. tollere et
mittere in mare. ⁊ non hesitauerit in corde suo
sed crediderit. q̃ quodcũq; dixerit fiat. fiet ei.
quia deo uob. omnia quecũq; orantes petitis. credite q̃ accipietis ⁊ euenient uobis.
Et cum stabitis ad orandum. dimittite si quo
habetis aduersus aliquem. ut pr̃ qui in ce

lus ē dimittat uob̄ pcā uīa. Qđ si nos ñ
dimiserimus. nec pr̄ uīr qui in celis ē dimittet
uob̄ pcā uīa. Iuenerunt rursus ihēm
Iherosolimam. Et cum ambularet in templo accesse
runt ad eū summi sacerdotes. z scribe. z se
nes. z dicunt illi. In qua potestate hec
facis. Et quis dedit tibi hanc potestatem.
ut hec facias. Ihc aūt respondens. ait illis.
Interrogabo uos. z ego unū sermonē. z
dicam uob̄ in qua potestate hec faciam.
Baptismum iohānis de celo erat an ex hoīb;.
Respondete mihi. Et illi cogitabant secum dicentes.
Si dixerimus de celo. dicet. Quare g̃ ñ credidistis ei. Si dicemus ex hominib;. timebant
turbam. Omēs enim habebant iohānem. quia
uere prophēta erat. Et respondentes. dicunt ihū. Nescimus. Et respondens ihc. ait illis. Neq; ego dico
uob̄ in qua potestate hec faciam.

CAPUT XII

Et cepit illis in parabolis loqui. Vinea
quam plantauit homo. z circumdedit
sepem. z fodit lacum. z edificauit turrem. z
locauit eam agricolis. z peregre profectus ē. Et
misit ad agricolas ad tempus seruum. ut ab
agricolis acciperet de fructu uineę. Qui ap
prehensum eum cęciderunt. z dimiserunt uacuum.
Et rursum misit ad illos alium seruum. Et illum in
capite uulnerauerunt. z contumelias affecerunt. Et rursum alium misit. Et illum occiderunt.
Et plures alios. quosdam cedentes. alios uero
occidentes. Adhuc g̃ unum habens filium karissimum. Et illum misit ad eos nouissimum di
cens. quia reuerebuntur filium meum. Coloni
autem dixerunt ad inuicem. Hic est heres. Venite occidamus eum. Et nr̃a erit hereditas. Et ap
prehendentes eum occiderunt. z eiecerunt extra
uineam. Quid g̃ faciet dñs uineę. Veniet. Et perdet colonos. Et dabit uineam aliis.
Nec scripturam hanc legistis. lapidem
quem reprobauerunt edificantes. hic factus est
in caput anguli. A dño factum est istud. Et est
mirabile in oculis nr̃is. Et querebant eum
tenere. Et timuerunt turbam. Cognouerunt
enim quoniam ad eos parabolam hanc dixit. Et
relicto eo abierunt. Et mittunt ad eum quos
dam ex phariseis. Et herodianis. ut eum capiant
in uerbo. Qui uenientes. dicunt ei.
Magister scimus quia uerax es. Et non curas quem
quam. Non enim respicis personam hominum. Sed
in ueritate uiam dei doces. Licet dare tributum
cesari. annon dabimus. Qui sciens hypocrisim
eorum. ait illis. Quid me temptatis. Afferte mihi denarium. ut uideam. At illi attulerunt. Et ait illis. Cuius est ymago
hec. Et inscriptio. Dicunt illi. Cesaris. Respondens ihc. dixit illis. Reddite que sunt cesaris
cesari. Et que sunt dei deo. Et mirabantur
super eo. Et uenerunt ad eum saduccei.
qui dicunt resurrectionem non esse. Et interroga
bant eum dicentes. Magister moyses nobis
scripsit. ut si cuius frater mortuus fuerit. Et di
miserit uxorem. Et filios non reliquerit. ac
cipiat frater eius uxorem ipius. Et suscitet
semen fratri suo. Septem ergo fratres erant. Et primus
accepit uxorem. Et mortuus est non relicto
semine. Et secundus accepit eam. Et mortuus est.
Et nec ille reliquit semen. Et tertius simili
ter. Et acceperunt eam similiter. Nec reliquerunt semen. Novissima omnium defuncta
est. Et mulier. In resurrectione ergo cum resurrexerint. cuius erit de his uxor. Septem enim ha
buerunt eam uxorem. Et respondens ihc. ait illis.
Nonne ideo errat is. Non scientes scripturas.
Neq; uirtutem dei. Cum enim a mortuis re
surrexerint. neq; nubent neq; nubentur.
Sed sunt sicut angeli. in celis. De mortuis
autem quod resurgant non legistis in libro moy

ū tē rubū qūo dūtr illi ds inquiens. ego
sum ds abrahām. z ds ysaac z ds iacob.
Non est ds mortuor. sz uiuor. Vos g multū
erratis. Z accessit unus de scribis qui au
dierat illos conquirentes. z uidens qm̄
bñ illis respondit. interrogauit eū qd est p̄
mum omniū mandatum. Jhe aūt respdit ei.
qz p̄mū omniū mandatū est audi isr.
dñs ds tuus ds unus est. z diliges dñm
dm̄ tuū ex toto corde tuo z ex tota aīa
tua. z ex tota mente tua. z ex tota uirtu
te tua. Hec est p̄mū mandatū. Secdm a
simile est illi. Diliges pximū tuū tanq̄
teipm̄. Maius hoz aliud mandatū nō
est. Z ait illi scriba. Bñ magr in ueritate
dixisti. qz unus est. z nō est alius p̄ter eū.
Et ut diligatur ex toto corde. z ex toto
intellectu. z ex tota aīa. z ex tota fortī
tudine. z diligere pximū tanq̄m se
ipm̄. maius est omniby holocaustomatiby
z sacrificiis. Jhe aūt uidens qd sapi
enter respondisset. dixit illi. Non es longe
a regno dei. Z nemo iam audebat eum
interrogare. Et respdens Jhe docebat dicens
in templo. Quō dicunt scribe. xp̄m filī
um esse dauid? Ipse enim dauid dixit in spū scō.
Dixit dñs dño meo sede a dextris meis.
donec ponam inimicos tuos scabellū
pedum tuorū. Ipse g dauid dicit eū dñm.
Z unde est filius eius? Z multa turba
eum libenter audiebat. Et dicebat eis in
doctrina sua. Cauete a scribis qui uo
lunt in stolis ambulare z salutari in
foro. Z in p̄mis cathedris sedere in sy
nagogis. z p̄mos discubitus in cenis.
Qui deuorant domos uiduaz sub ob
tentu plures oratiōis. Hi accipient plu
rus iudiciū. Z sedens contra gazophi
lacium. aspiciebat quō turba iactaret
es in gazophilatium. Z multi diuites
iactabant multa. Cum uenisset aūt una
uidua paup. misit duo minuta. qd est
quadrans. Z conuocans discipulos suos. a
it illis. Amē dico uob. quōm uidua hec pau
per plus omniby misit qui miserunt in ga
zophilatium. Omēs enim ex eo qd abunda
bant illis miserunt. hec uō de penuria sua
omnia q habuit misit totū uictū suum.

Et cum egrederet de templo
dixit illi unus ex discipulis suis. ma
gister aspice quales lapides z quales
structure. Z respdens Jhe. ait illi. Vides has
omēs magnas edificationes? Non relin
quetur lapis sup lapidem qui nō destruat.
Et cum sederet in monte oliuaz contra tē
plum. interrogabant eū seorsum petrus
z iacobus. z johes. z andreas. Dic nobis
quō ista fient. z qd signū erit cū hec oīa
incipient cōsummari. Z respdens Jhe. ce
pit dicere illis. Videte ne quis uos se
ducat. Multi enim uenient in nōie meo
dicentes. qz ego sum. z multos seducēt.
Cum audieritis aūt bella z opiniones
belloz. ne timueritis. Oportet enim fieri.
sz nūdum finis. Surget aūt gens sup gen
tem. z regnū sup regnum. Terre motus
p loca z fames. Initia dolorū hec. Vi
dete aūt uosmetipsos. Tradent enim uos in
conciliis. z in synagogis uapulabitis.
z ante p̄sides z reges stabitis p me in
testimoniū illis. Z in oēs gentes primū oport
et p̄dicari euangliū. Et cum duxerint uos
tradentes. nolite p̄cogitare quid loqua
mini. sz qd datum fuerit uobis in illa hora hoc
loquimini. Non enim estis uos lo
quentes. sz spūs scūs. Tradet aūt frater fratrem

in morte. & pr̃ filiũ. & consurgent filii in
parentes. & morte afficient eos. & eritis odio
o'nibz. p̃pter nomẽ meũ. Qui aũ sustinuerit
in finem. hic salu' erit. Cũ aũ videritis ab
hominatione desolationis stantẽ ubi nõ
debet. qui legit intelligat. Tunc qui in iu
dea sunt fugiant in montes. & qui in tecto
non descendat in domũ. nec introeat
ut tollat quid de domo sua. & qui in a
gro erit. nõ reuertatur retro tollere uesti
mentũ suũ. Ve aũ prẽgnantibz & nutrientẽ
bz in illis diebz. Orate ũo. ut non hieme nõ
fiant. Erunt enim dies illi tribulationes
tales quales nõ fuerunt ab initio creaturę
quã condidit ds̃ usq; nunc. neq; fient. Et
nisi breuiasset dñs dies. nõ fuisset salua
omnis caro. Sz p̃pter electos quos elegit. bre
uiauit dies. Tunc si quis uob̃ dixerit.
ecce hic ẽ xp̃s. ecce illic. ne credideritis. Et
surgent enim pseudo ẽ & pseudo pphẽ & da
bunt signa & portenta ad seducendos. si
fieri & electos. Vos g̃ uidete. ecce p̃
dixi uob̃ oĩa. Sz in illis diebz post tri
bulationẽ illam. sol contenebrabit. & lu
na nõ dabit splendorẽ suũ. & erunt stellę
cęli decidentes. & uirtutes q̃ sunt in cęlis
mouebunt. Et tunc uidebũ filiũ hois ue
nientẽ in nubibz. cũ uirtute mlta & gla.
Et tunc mittet angelos suos & congregabit
electos suos a quatuor uentis a summo ter
ręusq; ad summũ cęli. Et sicut aũ discite para
bolam. Cum iam ramus eius tener fuerit
& nata fũerint folia. cognoscitis q̃ in pro
mptu sit estas. Sic & uos cũ uideritis hec fi
eri scitote q̃ in promptu sit in ostiis. Amẽ di
co uob̃. q̃ nõ non trãsiet generatio hec. do
nec oĩa ista fiant. Cęlum & terra trãsibunt.
uba aũ mea nõ trãsibũt. De die aũ illo uel
hora. nemo scit. neq; angeli in cęlo. neq;
filius nisi pr̃. uidere. uigilate & orate. ne
scitis enim quũ tempus sit. Sicut homo q̃
peregre profectus reliquit domũ suã & dedit
seruis suis potestatẽ cuiq; opus & tanto
ri precepit ut uigilet. Vigilate g̃. nescitis
enim quã dñs domus ueniat. sero an me
dia nocte an galli cantu. an mane. Ne
cũ uenerit repente. inueniat uos dormi
entes. Quod aũ uob̃ dico. oĩbz dico. uigilate.

CAPITVLVM XIIII

Erat aũ pascha & azima
post biduũ. & querebant summi sa
cerdotes & scribe quõ eum dolo tenerent
& occiderent. Dicebant enim. Non in die fe
sto. ne forte tumultus fieret pp̃li. Et cũ esset
bethanie in domo symonis leprosi & recu
beret. uenit mulier hñs alabastrũ unguẽ
ti nardi spicati pretiosi. & fracto alabastro
effudit sup caput eius. Erant aũ quidã
indigne ferentes intra semetipsos & dicen
tes. Ut quid perditio ista unguenti facta ẽ.
Potuerat enim unguentũ istud uenundari
plusquã trecentis denariis & dari pau
peribz. & fremebant in eam. Ihc aũ dixit.
Dimitte eam. Quid illi molesti estis. Bo
num opus operata ẽ in me. Semp enim
pauperes habetis uobcum. & cũ uolueritis
potestis illis benefacere. Me aũ nõ semper
habetis. Quod habuit hec fecit. Preuenit un
gere corpus meum in sepulturam. Amẽ di
co uob̃. ubicũq; predicatũ fuerit euangeliũ
istud in uniuerso mundo. & quod fecit hec nar
rabitur in memoriam eius. Et iudas scha
riothis unus de xii. abiit ad summos sacerdo
tes ut proderet eum illis. Qui audientes ga
uisi sunt. & promiserunt ei pecuniã se da
turos. & querebat quõ illum oportune
traderet. & prima die azimorũ cũ pascha

īmolabant. dicunt ei discipuli. Quo uis eamus. z paremus tibi ut manducet pascha. Et mittit duos ex discipulis suis. z dicit eis. Ite in ciuitatē z occurret uob̄ homo lagenam aq̄ baiulans. Sequimini eū. z quocūq; introierit. dicite dño domus cui magr dicit. Ubi ē refectio mea ú pascha cum discipulis meis manducē. Et ipe uob̄ demonstrabit cenaculū grande stratum. z ille parate nob̄. Et abierūt discipuli ei z uenerunt in ciuitatē z inuenerunt sicut dixerat illis. z paurerūt pascha. Uespe aut fct uenit cum xii. Et discubuit cum eis z manducantibus. ait ihc. Amen dico uob̄. q̄z unus ex uob̄ me tradet qui manducat mecū. At illi ceperūt contristari. z dicere ei singillatim. Numquid ego. Qui ait illis. Unus ex xii. qui intingit manū mecū in catino. Et filius quidem hois uadit sicut scriptū ē de eo. Ue aut hoi illi. p quem filius hois tradetur. Bonū erat ei. si nō fuisset natus hō ille. Et manducantibus illis. accepit ihc panem. z benedicens fregit. z dedit eis z ait. Sumite. Hoc ē corpus meū. Et accepto calice gras agens. dedit eis. Et biberunt ex illo oēs. Et ait illis. Hic est sanguis mis noui testamenti qui p multis effundetur. Amē dico uob̄. q̄d iam nō bibam de genimine uitis usq; in diē illū cum illud bibam nouū in regno dei. Et hymno dicto. exierunt in montē olivaz. Et ait illis ihc. Oēs scandalizabimini in me in nocte ista. q̄z scriptū est. Percutiam pastorē z dispergentur oues. Sz postea cōsurrexero. precedam uos in galileam. Petrus aut ait ei. Et si oēs scandalizati fuerint. Sz nō ego. Et ait illi ihc. Amen dico tibi. q̄z tu hodie in nocte hac priusq̄m bis gallus uocem dederit. ter me negabis. At ille amplius loquebatur. Et si oportuerit me simul cōmori tibi. nō te negabo. Similit aut z oēs dicebant. Et uenerunt in prēdiū cui nomē gethsemani. Et ait discipulis suis. Sedete hic. donec oē et assumpto petrō z iacobō z iohē secū. z cepit pauere z tedere. Et ait illis. Tristis ē anima mea usq; ad mortē. Sustinete hic z uigilate. Et cum processisset paululū. prostrauit sup terā z orabat ut si fieri posset. trāsiret ab eo hora. Et dixit. Abba pat. tibi oīa possibilia sunt. trānsfer calicē hūc a me. Sz nō q̄d ego uolo. sz q̄d tu. Et uenit z inuenit eos dormientes. Et ait petro. Symon dormis. non potuisti una hora vigilare. Vigilate z orate. ut nō intretis in temptationē. Spūs quidem pmptus ē caro uero infirma. Et cum abeuntes. orauit eundem sermonē dicens. Et reuersus denuo. inuenit eos dormientes. Erant enim oculi eorū grauati. z ignorabant quid responderent ei. Et uenit tcio. z ait illis. Dormite iam z requiescite. Sufficit. Uenit hora. ecce tradetur filius hois in manus peccatorū. Surgite eamus. ecce qui me tradet prope est. Adhuc eo loquente uenit iudas scariothis unus ex xii. z cum eo turba cū gladiis z lignis. a summis sacerdotibz z scribis z senioribz. Dederat aut traditor eius signū eis dicens. Quemcūq; osculatus fuero. ipse est. tenete eum z ducite caute. Et cū uenisset statim accedens ad eum ait. Aue rabbi. z osculatus est eum. At illi manus miserūt in eum. z tenuerunt eum. Unus aut quidam de circūstantibz educens gladium. percussit seruum summi sacerdotis. z amputa

ur illi aurē clam. ℣ gdent ihc. aut illus. Tanq̄ ad latronē existis cū gladijs ⁊ fustibus comprehendere me? Cotidie etā apd vos in templo docens. ⁊ nō me tenuistis. ℣ ut adimpleant scripture. Tunc discipuli ei⁹ relinquentes eū omes fugerunt. Adolescens aūt quidam sequebatur illū amictus sindone sup nudo. ⁊ tenuerūt eum. Ip̄e vero rejecta sindone nudus profugit ab eis. ℣ adduxerunt ihm ad summū sacerdotem. ⁊ conuenerunt oēs sacerdotes ⁊ scribe ⁊ seniores. Petrus aūt alōge secutus est eū. usq; intro in atriū summi sacerdotis. ⁊ sedebat cum ministris ⁊ calefaciebat se ad ignē. Summi aūt sacerdotes ⁊ oē concilium querebant adūsus ihm testimoniū ut eū morti tradēt. nec inueniebant. Multi enī testimoniū falsū dicebant adūsus eū. ⁊ conuenientia testimonia nō erant. ℣ quidam surgentes falsū testimoniū ferebant adūsus eū dicentes. q̄m nos audiuimus eū dicentem. Ego dissoluā templū hoc manufactū. ⁊ p̄ triduū aliud nō manufactū edificabo. ℣ nec sic erat conueniens testimoniū illorū. ℣ exurgens summus sacerdos in medium interrogauit ihm dicēs. Non respondes quicquā ad ea que tibi obijciunt ab his? Ille aūt tacebat ⁊ nichil respondit. Iterum summus sacerdos interrogabat eū. ⁊ dixit ei. Tu es ch̄s filius benedicti? Ihc aūt dixit illi. Ego sum. Et videbitis filium hois a dextris sedentē virtutis. ⁊ venientē cū nubibus celi. Summus aūt sacerdos scindens vestimenta sua. ait. Quid adhuc desideramus testes? Audistis blasphemiā. Quid vobis videtur? Qui oēs condempnauerunt eū esse reū mortis. ℣ ceperunt quidam conspuere eū. ⁊ velare faciē ei⁹ ⁊ colaphis eū cedere. ⁊ dicē ei. Prophetiza. Et ministri alapis eū cedebant. ℣ cū esset petrus in atrio deorsum. venit una ex ancillis summi sacerdotis. ⁊ cū vidisset petrum calefaciētē se. aspiciens illū ait. ℣ tu cū ihu nazareno eras. At ille negauit dicens. Nec scio. nec noui quid dicas. Et exiit foras ante atrium. ⁊ gallus cantauit. Iterum aūt cum vidisset illū ancilla cepit dicē circūstantibus. q̄ hic ex illis est. At ille rursū negauit. ℣ post pusillum rursus qui astabant. dicebant petro. Vere ex illis es. Nam ⁊ galileus es. Ille aūt cepit anathematizare ⁊ iurare q̄ nescio hominē istū quē dicitis. ℣ statim secundum gallus cantauit. ⁊ recordatus est petrus ubi ipse dixerat ei ihc. p̄ priusquam gallus cantet bis. ter me negabis. ⁊ egressus foras flevit.

Et confestim CAP. XV. mane consilium facientes summi sacerdotes cum senioribus ⁊ scribis ⁊ tot⁹ cōcilio vinctum ihm. duxerūt ⁊ tradiderunt pylato. ℣ interrogauit eū pylatus. Tu es rex iudeorū? At ille respondens ait illi. Tu dicis. ℣ accusabāt eum summi sacerdotes in multis. ℣ pylatus aūt rursus interrogauit eū dicens. Non respondes quicquā? Vides in quantis te accusant. Ihc aūt amplius nichil respondit. ita ut mirarentur pylatus. ℣ diem aūt festum consuerat pylatus unū ex vinctis quem voluissent petiissent. Erat aūt qui dicebatur barrabas qui cū seditionis suis erat vinctus. qui in seditione fecerat homicidiū. ℣ cum ascendisset turba cepit rogare sicut semp faciebat illis. pylatus aūt respondit eis. ⁊ dixit.

Vultis dimittam uob regem iudeoꝝ. Sciebat enim. qꝫ p̄ inuidiam tradidissent eū summi sacerdotes. Pontifices aūt concitauerunt turbam. ut magis barrabban dimitteret eis. Pylat⁹ ait illis. Quid igit̄ uultis faciam regi iudeoꝝ. At illi iterū clamauerunt. Crucifige eum. Pylatus uo dicebat eis. Quid enī mali fecit. At illi magis clamabant. Crucifige eū. Pylatus aūt uolens ꝑplo satisfacere. dimisit illis barrabam. t tradidit eis ihm flagellis cesum ut crucifigeret. Milites autem ducentes eū intro in atriū ꝓtorii. t cōuocauerunt totam cohortē. t induunt eū ꝑpura. t imponunt ei plectentes spineā coronam. t cepunt salutare eū. Aue rex iudeoꝝ. t percutiebant caput eius harundine. t cōspuebant eū. t ponentes genua. adorabant eū. t postq̄m illusserūt ei. exuerunt illū purpura. t induerunt eū uestimentis suis. Et educunt illū. ut crucifigerent eū. t angariauerūt p̄tereuntē quempiam symonē cyreneū uenientē de uilla. patrē alexandri. t rufi. ut tolleret crucē eius. t ꝑducunt illū in golgatha locū. qd̄ est̄ interpretatū caluarie locus. t dabant ei bibere murratū. unū. t nō accepit. t crucifigentes eū. diuiserūt uestimenta eius. mittentes sortem sup̄ eis. qs quid tolleret. Erat aūt hora tertia. t crucifixerunt eū. t erat titulus cause eius scriptus. rex iudeoꝝ. t cum eo crucifigūt duos latrones. unū a dextris. t unū a sinistris eius. Et adimpleta est̄ scriptura q̄ dicit. t cum iniquis reputatus est. Et p̄euntes blasphemabant eū. mouentes capita sua. t dicentes. Vah qui destruis templū. t in triduo ædificas. saluū fac temet ipm̄ descendens de cruce. Similit̄ t summi sacerdotes. ludentes ad alterutrū cum scribis dicebant. Alios saluos fecit. seipm̄ nō potest saluū facere. xp̄s rex israel descendat nunc de cruce. ut uideamus. t credamus. t qui cū eo crucifixi erant. conuitiabant ei. t hora sexta tenebre fuere sup̄ totam terram usq̄ in horam nonā. t hora nona. exclamauit ihs uoce magna dicens. Heloy. heloy lamazapthani. qd̄ est̄ interpretatū. ds mꝰ. ds mꝰ. ut quid dereliquisti me. t quidā de circūstantib⁹ audientes. dicebant. Ecce helyam uocat. Currens aūt unus. t impl̄ens spongiā aceto circūponensq̄ calamo. potū dabat ei dicens. Sinite uideamus si ueniat helyas ad deponendū eū. Ihs aūt emittens uoce magna. expirauit. t uelū templi scissum est̄ in duo. a summo usq̄ deorsum. Videns aūt centurio qui ex aduerso stabat. qm sic clamans expirasset. ait. Vere hō iste filius dei erat. Erant aūt mulieres de longe aspicientes. inter quas erat maria magdalene. t maria iacobi minoris. t ioseph mat̄. t salome. Et cum esset in galilea sequebantur eū. t ministrabant ei. Et alie multe que simul cū eo ascenderant hierosolimā. Et cum iam sero esset. factū est. quia erat parasceue. qd̄ est̄ aūt sabbm. uenit ioseph ab arimathia nobilis decurio. qui t ipe erat expectās regnū dei. t audacter introiit ad pylatum. t petiit corpus ihu. Pylatus aūt mirabatur. si iam obisset. t accersito centurione. interrogauit eū. si iam mortuus esset. Et cum cognouisset a centurione. donauit corpus ioseph. Ioseph aūt mercatus sindonē. t deponens eum involu

fuit hyndoue. z posuit eū in monūmēto
qđ erat excīsū de petra. z advolvit lapidē
ad ostiū monūmēti. Maria aūt magdalene
z maria ioseph. aspiciebant ubi ponerēt.

Et cum trāsisset sabbm maria XVI
magdalene z maria iacobi z salo
me. emerunt aromata ut venientes un
gerent eū. z valde mane una sabbi ve
niunt ad monūmētū orto iam sole. z
dicebant ad invicē. Quis revolvet no
bis lapidem ab ostio monūmēti. Et
respicientes. viderunt revolutū lapi
dem. Erat quippe magnus valde. z in
troeuntes in monūmētū. viderunt iu
venem sedentē in dextris coopertū z stola
candida. z obstupuerunt. Qui dicit
illis. Nolite expaescere. Jhm quērit
nazarenū. crucifixū. surrexit. nō est hic.
Ecce locus ubi posuerunt eū. Sed ite. dī
cite discīplis eius z petro. qz precedet vos
in galileam. Ibi eum videbitis sicut di
xit vob. At ille exeuntes fugerunt de
monūmēto. invaserat enī eas tremor et
pavor. z nemini quicquā dixerunt. Time
bant enī. Surgens aūt ihc mane prima
sabbi. apparuit primo mane magdale
ne de qua ejecerat. vii demonia. Illa va
dens. nunciavit his qui cum eo fuerat
lugentib z flentib. At illi audientes qz
viveret z visus esset ab ea. nō crediderunt.
Post hec aūt duobz ex eis ambulantib
ostensus est in alia effigie. euntib z in vil
lam. At illi euntes nunciaverunt ceteris
nec illis crediderunt. Novissime recum
bentib illis. xi. apparuit. z exprobravit
incredulitatē illoz. z duritiam cordis
qz his qui viderant eū resurrexisse nō
crediderunt. Et dixit eis. Euntes in mūdum universum. prdicate evāngliū omni
creature. Qui crediderit z baptizatus fuer
salvus erit. Qui vo nō crediderit condep
nabitur. Signa aūt eos qui crediderint
hec sequentur. In nōie meo demonia ej
cient. linguis loquentur nouis
serpentes tollent. Et si mortiferū qđ
biberint. nō eos nocebit. Super egros ma
nus imponent. z bñ habebunt. Et dñs qui
dem ihc postqm locutus est eis assump
tus est in celum. z sedet a dextris dei. Illi
aūt profecti. prdicaverunt ubiqz dño
cooperante. z sermonē confirmante se
quentib signis. Explicit evāngliū
secundum marcum. Incipit argumē
tum secundum lucam.

Lucas antiochensis natione sy
rus arte medicus discipulus apo
stolor. postea vo quibusdam secut
us ad confessionem ei. servu
ens dño sine crimine. nam nec uxorē
unquam habens nec filios. septuaginta q
tuor annor obiit in bythinia plenus
spū scō. Qui cum tam scripta esset evā
gelia. p matthēum quidē in judea. p mar
cum aūt in italia. scō instigante spū in
achaie partib hoc scripsit evāngliū. sig
nificans eam ipe in principio ante alia
esse descripta. Cui est ea que ordo evāngli
ce dispositionis exposuit. ea maxime ne
cessitas labores fuit. ut primum greci fi
delib omni pfectione venturi in carnē
dei xpi manifesta humanitas ne vidua
tas fabulis attenti. in solo legis delire
rio tenerentur. nec vel hereticis fabulis
z stultis sollicitationibz seducti errore
rent a veritate elaborarer. de hinc ut in
principio evāngliī nobis natalitate pre

sumpta. cu euāngliū scriberet. z in quo
elēs scribere; indicaret. cōtestans in se
completa ee. que eēnt ab aliis inchoata
Cui ideo post baptismū filij dei a p̄fectī
one generationis in xp̄o implete. reuerē
de a principio nativitatis humane po
testas p̄missa ē. ut requirentibus demon
straret. in quo applendens erat p̄ na
tiuitatē filiū utrorūq; requirentis in dīn
generationis admisso indubitabil' de
p̄dicans in hominibus q̄m suū. p̄fecti
ōpus hoīs redire in te p̄ filiū faceret. q̄
p̄ dīm p̄cū uenientibus. ut plebat in e.
Tu puer ꝯ ūnentū eriam scribendo a
plicoꝝ. actuū potestas in ministerio da
tur. ut deo in dīm pleno. z filio p̄dictōm
crucifo. ordine ab aplis fm̄ sorte dīni
electionis nūs compleret. sicq; paulus
consūmationē aplicas actibus daret. quē
dns cōt stumulum recalcitrēm dīs
elegisset. Od z legentibus ac requirenti
bus dīm. z si p̄ singula expedit a nob̄ ut
le fiat. scims tñ q̄d opante agricolam
oporteat de fructibus suis edere. ut annuā
publicam annotinatē. ne ñ tam uolen
tibus dīm uidemur. q̄m fastidientibus p̄
didisse. Explicit p̄logus. Incipit p̄fatio.

Quoniam quidem multi co
nati sunt ordinare narra
tionem que in nob̄ cōplē
te sunt rerū. sicut tradide
runt nobis qui a principio ipi uiderunt.
z ministri fuerunt sermonis. uisum est
z mihi assecuto a principio omnia diligen
ter ex ordine tibi scribere optime the
ophile. ut cognoscas eorum ūbos de
quibus eruditus es ūtatem. Explicit p̄
fatio. Incipit euāngliū fm̄ Lucam.

Fuit in diebus herodis
regis iudee sacerdos
quidam nomine za
charias de turba abi
a. z uxor illi de filia
bus aaron z nomen eius
elizabeth. Erant aūt iusti ambo ante
deū. incedentes in omnibus mandatis
z iustificationibus dīni sine querela.
Et n erat illis filius. eo q̄d esset elyz
abeth sterilis. z ambo prouectum i
diebus suis habentes aūt sacerdotio
fungerentur in ordine turbe sue ante
dīm. fm̄ consuetudinem sacerdotalis
te euenit ut incensum ponerent ingres
sus in templū dīni. Et omis multitudo erat
p̄. oratis foris hora incensi. Apparuit
aūt illi angelus dīni. stans a dextris altā
ris incensi. Et zacharias turbatus e
videns. z timor irruit sup̄ eum. Ait aūt
ad illum angelus. Ne timeas zacharia. q̄m
exaudita est deprecatio tua. Et uxor tua
elizabeth pariet tibi filium. z uocabis
nomen eius iohannem. Et erit gaudium tibi
z exultatio. z multi in nativitate ei⁹
gaudebunt. Erit enim magnus coram
dño. z uinum z sicerā n bibet. z spū scō
replebitur adhuc ex utero matris sue.
Et multos filioꝝ israel convertet ad dīm
deum ipōꝝ. Et ipe precedet ante illum in spū
z uirtute helie. ut convertat corda pa
trum in filios. z incredibiles ad pru
dentiam iustoꝝ. parare dño plebem p̄
fectam. Et dixit zacharias ad angelum.
Unde hoc sciam. Ego enim sum senex. z uxor
mea prouecta in diebus suis. Et respon
dens angelus dixit ei. Ego sum gabrihel q̄ adsto
ante dīm. z missus sum loqui ad te. et

her ꝛ eunglizare. Ecce eris tacens. ꝛ nō
potens loqui usq; in diem ꝑ hec fiāt.
p eo qđ nō credidiſti verbis meis. q̄ implebunt in tp̄e suo. Et erat plebs exspectans zachariam ꝛ mirabantur qđ tardaret ipe in templo. Egressus autē nō poterat loqui ad illos. ꝛ cognouerūt qđ uisionem uidisset in templo. Et ipe erat innuens illis. ꝛ permansit mutus. Et factū ē ut impleti sunt dies officii ei. abiit in domum suam. Post hos aūt dies concepit elisabech uxor ei. ꝛ occultabat se mensibz. v. dicens. q̄ sic fecit dñs in diebz quibz respexit auferre obprobriū meum inter homines. In mense aūt sexto missus ē angelus gabriel a deo in ciuitatē galilee cui nomē nazareth ad uirginē desponsatā uiro cui nomē erat ioseph de domo dd. ꝛ nomen uirginis maria. Et ingressus angelus ad eam dixit. Ave gratia plena. dñs tecum. benedicta tu in mulieribz. Que cum audisset turbata est in sermone ei. ꝛ cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait angelus ei. Ne timeas maria. inuenisti enī gratiam apd deū. Ecce concipies in utero. ꝛ paries filiū. ꝛ uocabis nomen ei ihm. Hic erit magn. ꝛ filius altissimi uocabit. Et dabit illi dns deus sedē dd patris ei. ꝛ regnabit in domo iacob in eternum. ꝛ regni ei non erit finis. Dixit aūt maria ad angelū. Quōmō fiet istud quoniam uirū non cognosco. Et respondens angelus dixit ei. Spūs scs superueniet in te. ꝛ uirtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoq; et qui nascetur ex te scm. uocabit filius dei. Ecce elisabech cognata tua. ꝛ ipa concepit filium in senectute sua. Et hic mensis est sexts illi que uocatur sterilis. q̄ non erit impossibile apd deū omne uerbum. Dixit aūt maria. Ecce ancilla dñi. fiat mihi secm uerbū tuū. Et discessit ab illa angls. Surgens aūt maria in diebz illis abiit in montana cū festinatione in ciuitatē iuda. ꝛ intrauit in domū zacharie. ꝛ salutauit elisabech. Et factū ē ut audiuit salutationē marie elisabech. exultauit infans in utero ei. Et repleta est spū scō elisabech. ꝛ exclamauit uoce magna et dixit. benedicta tu inter mulieres. ꝛ benedictus fructus uentris tui. Et unde hoc mihi ut ueniat mat dñi mei ad me. Ecce enī ut facta est uox salutationis tue in auribz meis. exultauit in gaudio infans in utero meo. Et beata que credidisti quoniam perficientur ea que dicta sunt ei a dño. Et ait maria. Magnificat aīa mea dñm. ꝛ exultauit spūs meus in deo saluatori meo. Quia respexit humilitatē ancille sue. ecce enī ex hoc beatā me dicent oēs generationes. Quia fecit mihi magna qui potens est. ꝛ scm nomen ei. Et misericordia eius in progenies ꝛ progenies timentibz eū. Fecit potentiam in brachio suo. dispersit superbos mente cordis sui. Deposuit potentes de sede. ꝛ exaltauit humiles. Esurientes impleuit bonis. ꝛ diuites dimisit inanes. Suscepit israel puerum suum. memoratus misericordie sue. sicut locutus est ad patres nros. abraham ꝛ semini ei in secla. Mansit aūt maria cū illa. ꝙ mensibz tribz. ꝛ reuersa est in domum suam. Elisabech aūt impleti est tempus pariendi. ꝛ peperit filium. Et audierunt uicini ꝛ cognati eius quia magnificauit dns misericordiam suam cū illa. ꝛ congratulabantur ei. Et factū ē in die octauo uenerūt circumcidere puerum. ꝛ uocabant eum in nomine patris

tum zachariam. Et respondens mat̃ eius dixit. Nequaquã. sed uocabitur iohes. Et dixerunt ad illam. Quia nemo est in cognatione tua qui uocetur hoc nomine. Innuebant aũt patri eius. quem uellet uocari eum. Et petens pugillarem. scripsit dicens. Johes est nomen eius. Et mirati sunt uniuersi. Aperti sunt aũt illico os eius. et lingua eius. et loquebatur benedicens deum. Et factus est timor sup omnes uicinos eorum. et sup montana iudee. diuulgabantur omnia uerba hec. Et posuerunt omnes qui audierant in corde suo. dicentes. Quid putas puer iste erit. Etenim manus dñi erat cum illo. Zacharias pater eius impletus est spũ sancto. et prophetauit dicens. Benedictus dñs deus israel. quia uisitauit et fecit redemptionem plebi sue. Et erexit cornu saluatis nobis. in domo dauid pueri sui. sicut locutus est per os sanctorum. qui a seculo sunt prophetarum eius. Salutem ex inimicis nostris. et de manu omnium qui oderunt nos. ad faciendam misericordiam cum patribus nostris. et memorari testamenti sui sancti. Iusiurandum quod iurauit ad abraham patrem nostrum datum se nobis. ut sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati. seruiamus illi. in sanctitate et iustitia coram ipso omnibus diebus nostris. Et tu puer propheta altissimi uocaberis. præibis enim ante faciem domini parare uias eius. ad dandam scientiam salutis plebi eius. in remissionem peccatorum eorum. per uiscera misericordie dei nostri in quibus uisitauit nos oriens ex alto. illuminare his qui in tenebris et in umbra mortis sedent ad dirigendos pedes nostros in uiam pacis. Puer autem crescebat et confortabatur spũ et erat in desertis usque in diem ostensionis sue ad israel.

Factum est autem in diebus illis. exiit edictum a cesare augusto. ut describeretur uniuersus orbis. Hec descriptio prima facta est. a præside syrie cyrino. Et ibant omnes. ut profiterentur singuli in suam ciuitatem. Ascendit autem et ioseph a galilea de ciuitate nazareth in iudeam ciuitatem dauid que uocatur bethleem. eo quod esset de domo et familia dauid. ut profiteretur cum maria desponsata sibi uxore pregnante. Cum essent autem ibi. impleti sunt dies ut pareret. Et peperit filium suum primogenitum. et pannis eum involuit et reclinauit eum in presepio. quia non erat eis locus in diuersorio. Et pastores erant in regione eadem. uigilantes et custodientes uigilias noctis super gregem suum. Et ecce angelus domini stetit iuxta illos. et claritas dei circumfulsit illos. et timuerunt timore magno. Et dixit illis angelus. Nolite timere. Ecce enim euangelizo uobis gaudium magnum quod erit omni populo. quia natus est uobis hodie saluator. qui est christus dominus in ciuitate dauid. Et hoc uobis signum. Inuenietis infantem pannis inuolutum et positum in presepio. Et subito facta est cum angelo multitudo militie celestis. laudantium deum et dicentium. Gloria in altissimis deo. et in terra pax hominibus bone uoluntatis. Et factum est ut discesserunt ab eis angeli in celum. pastores loquebantur ad inuicem. Transeamus usque bethleem. et uideamus hoc uerbum quod factum est. quod dominus ostendit nobis. Et uenerunt festinantes. et inuenerunt mariam et ioseph. et infantem positum in presepio. Videntes autem cognouerunt de uerbo quod dictum erat illis de puero hoc. Et omnes qui audierunt mirati sunt. et de his que dicta erant a pastoribus ad ipsos. Maria

aīl consequebat omīa ūba hec. conferent in corde suo. ⁊ reūli sunt pastores glorificantes ⁊ laudantes dīm. in omīb; que audierant ⁊ viderant sicut dictū est ad illos. ⁊ postq̄m consūmati sūt dies octo ut circumcideret puerū vocatū est nomē ei⁹ ihc qđ vocatū ē ab angło priusq̄m conciperet. ⁊ postq̄m impleti sūt dies purgationis ei⁹ secdm legē moy ī tulerūt illū in ihlm ut sisterent eū dño. sicut scriptū ē in lege dīi. q̄ oē masculinū adapiens vulvā sctō dño vocabitur. Et ut darent hostiam secdm qđ dictū ē in lege dīi. par turturum aut duos pullos columbaꝝ. Et ecce homo erat in ihlm. cui nomē symeon. ⁊ homo iste iustus ⁊ timoratus exspectans consolationē isrl. ⁊ spūs scī erat in eo. ⁊ responsū acceperat a spū scō. nō visurū se mortē nisi prius videret xpm dīi. ⁊ venit in spū in templū. ⁊ cum inducerent puerū ihm parentes ei⁹. ut faceret secdm consuetudinē legis p eo. ⁊ ipē accepit eū in ulnas suas. ⁊ benedixit deū ⁊ dixit. Nunc dimittis seruū tuū dñe. secdm ūbū tuū in pace. Quia viderunt oculi mei salutare tuū. qđ parasti ante faciem oīum pplorū. lumen ad revelationē gentiū. ⁊ gloriam plebis tue isrl. Erat pat⁹ ei⁹ ⁊ mat⁹ mirantes sup his que dicebant de illo. Et benedixit illis symeon. ⁊ dixit ad mariā matrē ei⁹. Ecce positus ē hic in ruinā ⁊ resurrectionē multoꝝ in isrl. ⁊ in signū cui contradicet. Et tuam ipius animā pertransibit gladi⁹. ut revelentur ex multis cordibus cogitationes. Et erat anna pphetissa filia phanuhel de tribu aser. hec processerat in dieb; multis ⁊ vixerat cū viro suo annis. vii. a virginitate sua. Et hec vidua usq; ad annos octoginta quattuor que nō discedebat de templo. ieiunis ⁊ obsecrationibus seruiens nocte ac die. Et hec ipa hora supueniens confitebat dño. ⁊ loquebatur de illo oīb; qui exspectabant redemptionē isrl. Et ut perfecerunt omnia secdm legē dñi. reūli sunt in galilea in ciuitatē suā nazareth. Puer aūt crescebat ⁊ confortabat. pleno sapiā. Et grā dei erat in illo. Et ibant parentes ei⁹ p oīs annos in ihlm. in die sollempni pasche. Et cum fīs eet annoꝝ. xii. ascendentib; illis hierosolymā secdm consuetudinē diei festi. consūmatis qđ dieb; cū redirent remansit puer ihc in ihlm. ⁊ non cognouerunt parentes ei⁹. Existimantes aūt illū esse in comitatu. venerunt iter diei. ⁊ requirebant eum inter cognatos ⁊ notos. ⁊ nō inuenientes. regressi sunt in ihlm requirentes eū. Et factū ē post triduū. inuenerunt illū in templo sedentē in medio doctoꝝ audientē illos ⁊ interrogantē eos. Stupebant aūt oīes qui eū audiebant sup prudentia ⁊ responsis ei⁹. Et videntes admirati sunt. Et dixit mater eius ad illū. fili. quid fecisti nobis sic. Ecce pat⁹ tuus ⁊ ego dolentes querebamus te. Et ait ad illos. Quid ē qđ me querebatis. Nesciebatis q̄ in his que p̄is mei sunt oportet me esse. Et ipi nō intellexerunt ūbum qđ locutus est ad illos. Et descendit cum eis ⁊ venit nazareth. ⁊ erat subditus illis. Et mat⁹ eius conservabat oīa ūba hec in corde suo. Et ihc proficiebat sapiā ⁊ etate ⁊ grā. apud deum ⁊ homines.

Anno aũ. xv. imperii tyberii cesa
ris. procurante pontio pylato iude
am. tetrarcha aũ galilee herode philippo
aũ fre ei⁹ tetrarcha yturee ⁊ traconitidis
regionis. ⁊ lysania abilene tetrarcha. sb
principib⁹ sacerdotiũ anna ⁊ caypha fa
ctum est ubiũ dñi sr iohem zacharie fi
liũ in deserto. ⁊ venit in omnẽ regionẽ
iordanis. predicans baptismũ pnie in re
missionẽ pcor̃. sicut scriptum ẽ in li
bro sermonũ ysaie pphe dor claman
tis in deserto. parate uiam dñi. rectas fa
cite semitas eius. Omis uallis implebi
tur. ⁊ omis mons ⁊ collis humiliabi
tur. ⁊ erunt pua in directa. ⁊ aspera
in uias planas. ⁊ uidebit omis caro
salutare dei. Dicebat g̃ ad turbas que
ebant ut baptizarent ab ipo. Genimi
na uiperar̃ quis ostendit uob⁹ fugere
a uentura ira. Facite ergo fructus dig
nos pnie. ⁊ ne cepitis dicere. patrem
habemus abraham. Dico enim uobis. q̃ po
test ds de lapidib⁹ istis suscitare filios
abrahe. Jam enim securis ad radices ar
borũ posita ẽ. Omis g̃ arbor. nõ faciens
fructũ bonũ. excidetur. ⁊ in ignẽ mittetur. ⁊ interrogabant eũ turbe dicentes.
Quid g̃ faciemus. Respdens aũ dicebat
illis. Qui hr duas tunicas det nõ hĩti.
⁊ qui hr escas. similr faciat. Venerũt
aũ ⁊ publicani ut baptizarent̃. ⁊ dixe
runt ad illũ. Magr quid faciem⁹. At ille
dixit ad eos. Nichil amplius q̃m q̃d con
stitutũ ẽ uob⁹ faciatis. Interrogabant aũ
illũ ⁊ milites dicentes. Quid faciemus
⁊ nos. ⁊ ait illis. Neminem calumpniam
faciatis. neq; falsũ crimen faciatis. ⁊ con
tenti estote stipendiis uris. Existimante aũ pp ⁊ o
mib⁹ de iohanne ne forte ipe ẽt xp̃s. respondit
iohes dicens omnib⁹. Ego quidem aq̃
baptizo uos. uenit aũ fortior me ⁊ re
me. cui nõ sum dignus solucre corrigiam calciamenti eius. ipe uos baptizabit
in spũ scõ ⁊ igne. Cuius uentilabrũ in
manu ei⁹ ⁊ purgabit aream suã ⁊ con
gregabit triticum in horreũ suũ. pa
leas aũ comburet igni inextinguibi
li. Multa quidẽ ⁊ alia exhortans eũ
euangelizabat populo. Herodes aũ tetrarcha
cum corriperetur ab illo de herodiade u
xore fratris sui ⁊ de omnib⁹ malis q̃ fecit
herodes. adiecit ⁊ hoc sup̃ omnia ⁊ inclu
sit iohem in carcere. Factũ est aũ cũ bap
tizaretur omis pls. ⁊ ihu baptizato
⁊ orante apti ẽ celi. ⁊ descendit spũs scõ
corporali specie sicut columba in ipm
⁊ uox de celo facta ẽ. Tu es filius meus di
lectus. in te complacui mihi. ⁊ ipe ihc erat
incipiens q̃si annor̃ xxx. ut putabatur
filius ioseph. Qui fuit heli. q̃ fuit ma
that. Qui fuit leui. q̃ fuit melchi. Qui
fuit iamne. q̃ fuit ioseph. Qui fuit ma
thathie. q̃ fuit amos. Qui fuit naum.
qui fuit esli. Qui fuit nagge. qui fuit
maath. Qui fuit mathathie. qui fuit
semei. Qui fuit ioseph. qui fuit iuda. Qui
fuit iohanna. qui fuit resa. Qui fuit
zorobabel. qui fuit salathiel. Qui fuit
neri. qui fuit melchi. Qui fuit addi.
qui fuit cosan. Qui fuit helmadan. qui
fuit her. Qui fuit ihesu. qui fuit heli
ezer. Qui fuit iorim. qui fuit mathath.
Qui fuit leui. q̃ fuit symeon. Qui fuit iu
da. q̃ fuit ioseph. Qui fuit iona. q̃
fuit heliachim. Qui fuit melea. qui

fiuit meuna. Qui fuit mathata. qui fuit nathan. Qui fuit dd. qui fuit ieſſe. Qui fuit obed. qui fuit booz. Qui fuit ſalmō. qui fuit naaſon. Qui fuit aminadab. q̄ fuit aram. Qui fuit eſrom. q̄ fuit phares. Qui fuit iude. q̄ fuit iacob. Qui fuit ÿſaac. qui fuit abrāh. Qui fuit thare. qui fuit nachor. Qui fuit ſerue. q̄ fuit ragau. Qui fuit phaleg. q̄ fuit eber. Qui fuit ſale. qui fuit cainan. q̄ fuit arfaxat. q̄ fuit ſem. Qui fuit noe. q̄ fuit lamech. Qui fuit mathuſale. q̄ fuit enoch. Qui fuit iareth. q̄ fuit malaleel. q̄ fuit cainan. qui fuit enos. Qui fuit ſeth. q̄ fuit adam. qui fuit dei.

Ihe aūt plenus ſpū ſcō regreſſus ē a iordane. ⁊ agebatur in ſpū in deſertū diebus .xl. ⁊ temptabat a diabolo. ⁊ nichil manducauit in dieb illis. ⁊ conſūmatis illis eſuriit. Dixit aūt illi diabolus. Si filius dei es. dic lapidi huic ut panis fiat. ⁊ rſpdit ad illum ihc. Scriptū ē q̄ ſi in pane ſolo uiuit homo. ⁊ in omni verbo dei. ⁊ duxit illū diabolus. ⁊ oſtendit illi omnia regna orbis tēre. in momēto tp̄is. ⁊ ait ei. Tibi dabo potestatē hanc uniuſam ⁊ glām illoꝝ. q̄ mihi tradita ſūt. ⁊ cui uolo do illa. Tu ergo ſi adorauis coram me. erunt tua omnia. ⁊ rſpdēs ihc dixit illi. Scriptū ē. Dñm deū tuū adorabis. ⁊ illi ſoli ſeruies. ⁊ duxit illum in ieruſalē. ⁊ ſtatuit eū ſup pinnā templi. ⁊ dixit illi. Si filius dei es. mitte te hinc deorſū. Scriptū ē enī. q̄a angelis ſuis mandauit de te. ut conſeruent te. ⁊ q̄a in manibus tollent te. ne forte offendas ad lapidem pedem tuū. ⁊ reſpondens ihc dixit illi. Dictū ē. Non tēptabis dñm deū tuū. ⁊ conſūmata oī temptatione. diabolus receſſit ab illo uſq; ad tempꝰ. Et regreſſus ē ihc in uirtute ſpūs in galileam. ⁊ fama exiit per uniuſam regionē de illo. Et ipe docebat in ſynagogis eoꝝ. ⁊ magnificabatur ab oībus. Et uenit nazareth ubi erat nutritus. ⁊ intrauit ſm̄ conſuetudinē ſuā die ſabbi in ſynagogā. ⁊ ſurrexit legere. ⁊ traditus ē illi liber ÿſaie pp̄he. Et ut reuoluit librū. inuenit locū ubi ſcriptū erat. Spūs dñi ſup me. pp̄ q̄ unxit me euāgelizare pauperib; miſit me ſanare contritos corde. p̄dicare captiuis remiſſionē. ⁊ cecis uiſū. dimittere cōfractos in remiſſionē. p̄dicare annum dñi acceptū. ⁊ diem retributōis. Et cum plicuiſſet librū. reddidit miniſtro. ⁊ ſedit. Et oīum in ſynagoga oculi erant intendentes in eū. Cepit aūt dicere ad illos. q̄ hodie impleta eſt hec ſcriptura in auribus ueſtris. Et oēs teſtimoniū illi dabant. ⁊ mirabant in uerbis gr̄e que procedebāt de ore ipi. Et dicebant. Nonne hic ē filius ioſeph. Et ait illis. Utiq; dicetis mihi hanc ſimilitudinē. Medice cura te ipm. Quanta audiuimꝰ facta in capharnaum. fac et hic in patria tua. Ait aūt. Amē dico uob. q̄ nemo pp̄ha acceptus ē in patria ſua. In ueritate dico uobis. multe uidue erant in diebus helie in iſrl. q̄n clauſus ē celū annis tribus. ⁊ menſibus ſex. cū facta eſt fames magna in oī terra. ⁊ ad nullam illaꝝ miſſus ē helias ſi in ſareptā ſydonie ad mulierē uiduā. Et multi leprōſi erant in iſrl ſub heliſeo pp̄ha. ⁊ nemo eoꝝ mundatus ē niſi naaman ſyrus. Et repleti ſunt oēs in ſy

hi cognouerūt q̄ tu me misisti & notū
feci eis nomē tuū & notū faciam. ut
dilectio qua dilexisti me in ipis sit &
ego in ipis.

CAPVT XVIII

Hec cum dixisset ihc. egressus est
cum discipulis suis trans torrentē
cedron. ubi erat hortus in quem intra
uit ipe & discipuli ei. Sciebat aūt & iu
das qui tradebat eum locū. q̄ frequenter
ihc conuenerat illuc cū discipulis suis.
Judas g̃ cum accepisset cohortē & a pr̄
tibus & phariseis ministros. uenit illuc
cum laternis & facibus & armis. Ihc ita
q̄ sciens omia que uentura erant sup
eū. prodiit & dixit eis. Quem quritis.
Responderunt ei. Ihm nazarenū. Dicit eis
ihc. Ego sum. Stabat aūt & iudas q̄
tradebat eum cū ipis. Ut g̃ dixit eis
ego sum. abierunt retrorsum & ceci
derunt in terram. Iterum g̃ eos interrogauit. Q̄
quritis. Illi aūt dixerunt. Ihm nazare
nū. Respdit ihc. Dixi uob. q̄ ego sum.
Si g̃ me quritis. sinite hos abire.
Ut impleretur sermo quem dixit. q̄
quos dedisti mi nō perdidi ex eis quemq̄.
Symon g̃ petrus habēs gladiū. eduxit
eum. & percussit pontificis seruū. & ab
scidit eius auriculam dexterā. Erat
aūt nomen seruo. malcus. Dixit ergo
ihc petro. Mitte gladiū in vaginam.
Calicem quem dedit mi pr̄ nō bibam
illū. Coors g̃ & tribunus & ministri
iudeoz. comprehenderunt ihm. & liga
uerunt eū. Et adduxerunt eū ad annā
primū. Erat enī socer cayphe q̄ erat
pontifex anni illi. Erat aūt cayphas
qui consilium dederat iudeis. q̄ expedit
unū hoīem mori p̄ plo. Sequebatur
aūt ihm symon petrus. & alius discipl̄.
Discipulus aūt ille erat notus pontifici.
& introduxit cum ihu in atriū pontifi
cis. Petr̄ aūt stabat ad ostiū foris. Exi
uit ergo discipl̄ alius qui erat notus
pontifici. & dixit ostiarie & introduxit
petrū. Dicit g̃ petro ancilla ostiaria.
Numquid & tu ex discipulis es hōis
istius. Dicit ille. Non sum. Stabant
aūt serui & ministri ad prunas. quia
frigus erat & calefaciebant se. Erat
aūt cum eis & petrus. stans & calefacie
bat se. Interrogauit ergo pontifex ihm de
discipulis suis. & de doctrina ei. Respdit ei
ihc. Ego palam locutus sum mundo.
ego semp docui in synagoga & in te
plo quo oēs iudei conueniunt. & in

in occulto locut sum nich. Quid me interrogas? Interroga eos qui audierūt quid locutus sum ipis. Ecce hi sciunt que dixim ego. Hec aũ cũ dixisset unus assistens ministrorũ dedit alapã ihu dicens. Sic respondes pontifici? Respondit ei ihc. Si male locutus sũ testimoniũ phibe de malo. Si aũ bñ q̃d me cedis? Et misit eum annas ligatũ ad caypham pontificẽ. Erat autẽ ỹmon petrus stans & calefaciens se. Dixerunt ergo ei. Nunquid & tu ex discipulis eius es? Negauit ille & dixit. Non sum. Dicit unus ex seruis pontificis cognatus eius cui abscidit petrus auriculam. Nonne ego te uidi in orto cum illo? Iterũ ergo negauit petrus. Et statim gallus cantauit. Adducunt ergo ihm ad caypham in pretoriũ. Erat aũ mane. Et ipsi non introierunt in pretoriũ ut non contaminarentur: sed manducarent pascha. Exiit ergo pylatus ad eos foras & dixit. Quam accusationẽ defertis aduersus hominem hunc? Respondẽrunt & dixerũt. Si non esset hic malefactor, non tibi tradidissemus eum. Dixit ergo eis pylat. Accipite eũ uos & secundũ legem uestram iudicate eũ. Dixerunt ergo ei iudei. Nobis non licet interficere quemquam. Vt sermo ihu impleretur quem dixit significans qua esset morte moriturus. Introiuit ergo iterum in pretoriũ pylatus & uocauit ihm & dixit ei. Tu es rex iudeorum? Respondit ihc. A temetipso hoc dicis an alii tibi dixerunt de me? Respondit pylatus. Nunquid ego iudeus sum? Gens tua & pontifices tradiderunt te mihi. Quid fecisti? Respondit ihc. Regnum meum non est de hoc mundo. Si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei utiq; decertarent ut non traderer iudeis. Nunc aũ regnum meum non est hinc. Dixit itaq; ei pylatus. Ergo rex es tu? Respondit ihc. Tu dicis, quia rex sũ ego. Ego in hoc natus sum & ad hoc ueni in mundum ut testimoniũ phibeam ueritati. Omnis qui est ex ueritate audit meam uocem. Dicit ei pylatus. Quid est ueritas? Et cũ hoc dixisset, rursus exiit ad iudeos & dixit eis. Ego nullam inuenio in eo causam. Est autẽ consuetudo uobis ut unum dimittam uobis in pascha. Vultis ergo dimittam uobis regem iudeorum? Clamauerunt omnes rursum dicentes. Non hunc sed barrabam. Erat aũ barrabas latro.

Tunc ergo apprehendit pylatus ihm & flagellauit. Et milites plectentes coronam de spinis imposuerunt capiti eius & ueste purpurea circumdederunt eũ. Et uenieba[n]t ad eũ & dicebant. Aue rex iudeorum. Et dabant ei alapas. Exiit ergo pylatus foras & dixit eis. Ecce adduco eum uobis foras, ut cognoscatis quia in eo nullam causam inuenio. Exiit ergo ihc portans spineam coronam & purpureum uestimentum. Et dixit eis. Ecce homo. Cum ergo uidissent eum pontifices & ministri clamabant dicentes. Crucifige crucifige eum. Dixit eis pylatus. Accipite eum uos & crucifigite. Ego enim non inuenio in eo causam. Responderunt ei iudei. Nos legem habemus & secundum legem debet mori, quia filium dei se fecit. Cum ergo audisset pylatus hunc sermonem magis timuit & ingressus est pretorium iterum & dixit ad ihm. Vnde es

ty: ihc aũ rñdit ei. Dicit
g pylatus. Michi nõ loquens: Nescis
q̃ potestatẽ hẽ crucifigere te: z potes
tatem hẽ dimittere te: Rñdit ihc. Non
hẽres potestatem adūsum me ullam
nisi tibi ẽet datum desũr. Propea qui tra
didit me tibi maiꝰ peccm habet. Exinde
querebat pylatus dimittere eũ. Judei
aũt clamabant dicentes. Si hunc di
mittis. nõ es amicus cesaris. Omnis q̃
se regẽ facit contradicit cesari. Pylatus
g audiuit hos sermones. adduxit foras ihm. z sedit pr tribunali in
loco qui dr lithostrato. hebraice aũt
gabatha. Erat aũ pasche ꝓsabb. ho
ra qsi vi. z dicit iudeis. Ecce rex vr
ꝛ aũ clamabant. Tolle tolle crucifi
ge eũ. Dicit ei pylatus. Regem vrm
crucifigã: Rñdерunt pontifices. Non
habemus regẽ nisi cesarem. Tunc g tra
didit eis illũ. ut crucifigerent. Susce
perunt aũ ihm. z eduxerunt. Et bajulans sibi crucẽ exiuit in eũ qui dicit
calvarie locũ. hebraice aũt golgotha.
ubi eũ crucifixerũt. Et cũ eo alios duos
hinc z hinc. mediũ aũ ihm. Scripsit
aũt z titulũ pylatus. z posuit sup crucem. Erat aũt scriptũ. ihc nazarenꝰ
rex iudeoꝝ. Hunc ergo titulũ multi
legerũt iudeoꝝ. q̃ prope civitatẽ erat lo
cus ubi crucifixus ẽ ihc. Et erat scriptum
hebraice grece z latine. Dicebant g
pylato. pontifices iudeoꝝ. Noli scri
bere rex iudeoꝝ. sz q̃ ipe dixit rex sũ
iudeoꝝ. Rñdit pylatus. Quod scripsi. scripsi. Milites g cũ crucifixissent eũ.
acceperunt vestimenta ei⁹. z fecerunt
q̃tuor partes. unicuiq; militi ptẽ.
t tunicã. Erat aũt tunica inconsutilis. desup contexta p totũ. Dixerũt
g ad inuicem. Non scindamꝰ eam. sz
sortiamur de illa cuius sit. Ut scriptũ
impleretur dicens. Partiti sunt vestimenta mea sibi z in vestem meam
miserunt sortem. Et milites quidẽ hec
fecerunt. Stabant aũt iuxta crucẽ ihu
matr ei⁹. z soror matris eius maria cle
ophe. z maria magdalene. Cũ vidisset g ihc matrẽ z discipulũ stantẽ quẽ
diligebat dixit matri sue. Mulier. ecce filius tuus. Deinde dicit discipulo. Ecce mater tua. Et ex illa hora. accepit eam discipulus in sua. Postea sciens ihc q̃ iã
omnia consummata ẽt. ut consummaret̃
scriptura. dicit. Sitio. Vas g positum
erat. aceto plenũ. Illi aũt spongiam
plenam aceto hyssopo circumponentes.
obtulerunt ori eius. Cum ergo accepisset ihc acetũ. dixit. Consummatũ
est. Et inclinato capite. tradidit spm. Iu
dei g cũm parasceue erat. ut nõ remanerent in cruce corpora sabbo. erat enim
magnꝰ dies ille sabbi. rogauerũt pyla
tum ut frangerentur eoꝝ crura. z tolle
rentur. Venerunt g milites. z primi quidem fregerunt crura. z alterius qui cũ
eo. Ad ihm aũt cũ venissent. ut viderũt eũ iam mortuũ. nõ fregerunt eius crura. sz unꝰ militũ lancea
latus eius aperuit. z continuo exiuit sanguis. z aqua. Et qui vidit testimoniũ
phibuit. z verum est testimoniũ. Et ille scit
quia vera dicit ut vos credatis. Facta
sunt enim hec ut scriptura impleret̃.
Os nõ comminuetis ex eo. Et rursũ alia
scriptura dicit. Videbunt in quẽ trã

ꝯus ē qui tradet te. Hunc ꝯ ait uidit
ser petrus. dicit ihu. Si sic eum uolo manere do
nec ueniam. Quid ad te? Tu me sequere.
Exiuit ḡ sermo iste inter fres. qz discip
pulus ille nō moritur. Nō dixit aut ei ihc
nō moritur. sed sic eum uolo manē do
nec ueniam quid ad te. Hic ē discipl
lus ille qui testimoniū phibet de hīs
scripsit hec. Et scimus qz uerū ē testi
monium eius. Sunt aūt alia multa
que fecit ihc. que si scribantur p sin
gula. nec ipm arbitror mundū capere
eos qui scribendi sunt libros. Explicit
euāgliū scdm Johem. Incipit plog ē

Romanū sunt epla ad romanos.
in partib; italie. Hi ꝑsecu
ti sunt a fallas aplis z sub
nomine dñi ihu xpi in le
gem z xphas erant inducti. Hos reuo
cat apls ad ueram z euāgelicam fidē
scribens eis ab arbens. Explunt plog.
Incipit epla ad Romanos.

Paulus seruus ē ihu
uocatus apls segre
gatus in euāgelium
dei. qđ ante promise
rat p xphas suos in
scripturis scis de fi
lio suo. qui fis est ei ex semine dd
scdm carnem. qui ꝑdestinatus est
filius dei in uirtute scdm spm sanc
tificationis ex resurrectione mortuo
rum ihu xpi dñi nri. p quem acce
pimus gram z aplatum. ad obe
diendū fidei in oīb; gentib; p
noīe eius in quib; estis z uos uoca
ti ihu xpi. oīb; qui sunt rome
dilcis dei. uocatis scis. Gra uob z pax
a deo pre nro. z dño nro ihu xpo. Pri
mum quidem gīas ago deo meo p
ihm xpm p omnib; uobis. qz fides ura
annuntiatur in uniuso mundo. Testis
enim mi ē ds cui seruio in spū meo in euā
gelio filii eius. qđ sine intermissione me
moriam uri facio semp in orationib;
meis. obtestans si qm tandem aliquā
ꝑspera ire hēam in uoluntate dei uen
iendi ad uos. Desidero enim uidere uos.
ut aliquid impertiar uob grē spualē
ad confirmandos uos. id est simul cō
solari in uob p eam que inuicem est
fidem uram atq meam. Nolo aut
uos ignorare fres. qz sepe ꝓposui ue
nire ad uos. z phibit sum usq adhuc
ut aliquem fructū hēam z in uobis
sicut z in ceteris gentib;. Grecis ac bar
baris sapientib; z insipientib; debi
tor sum. ita qđ in me promptū est z
uob qui rome estis euāgelizare. Non
enim erubesco euāgliū. Virtus enim dei
est ad salutē oīi credenti. iudeo ꝑmum
z greco. Justicia enim dei in eo revelat
ex fide in fidem. sicut scriptum ē. Justus
aut ex fide uiuit. Revelatur enim ira
dei de celo sup omnē impietatē z
iusticiam hominū eoz qui ueritatem
dei in iniusticia detinent. qz qđ no
tum ē dei manifestum est in illis. Deus
enim illis reuelauit. Invisibilia enim
ipius a creatura mundi p ea q facta
sunt intellecta conspiciuntur. sempi
terna quoq eius uirtus z diuinitas.
ita est in excusabiles. qz cū cognouis
sent deū. non sicut deū glīficauerūt
aut grās egerunt. sed euanuerunt

in cogitationibz suis z obscurat ē
insipiens cor eor. Dicentes enī se ēe
sapientes. stulti fī sunt. z mutaue
runt glām incorruptibilis dei in ī
militudinē imaginis corruptibilis
hominis z volucrum. z quadrupedū
z serpentiū. Ppē qđ tradidit illos ds
in desideria cordis eor. in immundicā
ut contumelijs affician corpa sua
in semetipsis. qui cōmutauerūt ueri
tatem dei in mendaciū. z coluerūt z ser
uierunt creature potius qm̄ creatori
qui ē bñdictus in scla amen. Ppea
tradidit illos ds in passiones ignō
minie. Nam femine eor immutauerē
naturalem usū in eū usum qui ē cōt
naturam. Simili aūt z masculi relicto na
turali usu femine. exarserunt in de
sideriis suis in inuicem. masculi in
masculos turpitudinē operantes. et
mercedem qm̄ oportuit erroris sui in
semetipsis retribuentes. Et sicut nō pba
uerunt dm̄ habere in notitiam. trādidit
illos ds in reprobum sensum. ut faciāt
ea que nō conueniunt. repletos omni
iniquitate. malicia. fornicatione.
auaricia. nequicia. plenos inuidia.
homicidio. contentione. dolo. malig
nitate. susurrones. detractores. deo
odibiles. contumeliosos. superbos. e
latos. inuentores malorū. parentib
z nō obedientes. insipientes. incōpo
tos. sine affectione. absq; federe. sine
misa. Qui cum iusticiam dei cognou
erint. nō intellexerūt qm̄ q̄ talia agūt
digni sūt morte. Non solū q̄ facium
ea. sz z qui consentiunt facientib.
Propt qđ inexcusabilis es o ho
omis qui iudicas. In quo enī iudi
cas alīm. teipm condempnas. Eadē
enī agis que iudicas. Scimus enim
qm̄ iudicium dei ē sc̄m ueritatē. in eos
qui talia agunt. Existimas aūt hoc
o ho omis qui iudicas eos qui tale
agunt z facis ea. q̄ tu effugies iu
dicium dei. An diuitias bonitatis ei
z patie z longanimitatis contemnis.
ignorans qm̄ bignitas dei ad pniam
te adducit. Secm duriciā aūt
tuā z impenitens cor thesaurizas t
uam. in die ire z reuelationis iusti
iudicij dei. qui reddet unicuiq secm
opa eius. Bis qui secm patiam bo
nū opus glām z honorem z incorrup
tionem querentib; uitā etnam. his aū
qui ex contentione z qui nō adquies
cunt ueritati. credunt aūt iniquitati
ira z indignatio. tribulatio z angu
stia in omnē aiam hoīs operantis ma
lum. iudei pmū z greci. Gla aūt z ho
nor z pax omni operanti bonū. iudeo p
mum z greco. Non ē enī plonas accep
tio apd dm̄. Quicūq enim sine lege
peccauerūt. sine lege z pibūt. Et quicū
q; in lege peccauerunt. p legē iudica
buntur. Non enī audidores legis iu
sti sūt apd dm̄. sz factores legis iustifi
buntur. Cum enī gēs q̄ legē nō hūt na
turaliter ea que legis sunt faciunt. eiē
modi legē non habentes. ipi sibi sūt lex.
qui ostendunt opus legis scriptū in
cordib; suis. testimoniū reddente illis
conscientia ipoz. z inter se inuicē cogi
tationū accusantiū aūt z defenden
tiū. in die cū iudicabit ds occulta
hominū. secm euāngliū meū p ihm

xpm. Si aũ tu iudæ cognominaris z requiesis in lege z glaris in deo. z nosti uoluntatẽ eius. z ꝓbas utiliora instructus p legem. confidis teipm ducẽ ẽe cæcoꝝ. lumen eoꝝ qui in tenebris sunt. eruditorẽ insipientiũ. magistm infantium. habentem formam sciæ z veritatis in lege. qui g aliũ doces. teipm nõ doces? Qui ꝓdicas nõ furandũ furaris? Qui dicis nõ mechandũ mecharis? Qui abhominaris ydola. sacrilegiũ facis? Qui in lege glaris. p ꝓuaricationẽ legis dm inhonoras? Nomen enim dei. p uos blasphematur inter gẽs. sicut scriptũ est. Circũcisio quidẽ ꝓdest. si legem obserues. Si aũ ꝓuaricator legis fis. circũcisio tua ꝓputũ fãt ẽ. Si igit ꝓputũ iustitias legis custodiat. nõne ꝓputũ illi in circũcisionẽ reputabit? z iudicabit q ex natura ẽ ꝓputũ legem. adimplẽs te qui p litteram z circũcisionẽ ꝓuaricator legis es? Non enim qui in manifesto iudeꝰ ẽ. neq; que in manifesto in carne circũcisio. sed qui in abscondito iudeꝰ ẽ. z circũcisio cordis in spũ nõ littꝛa. cui laus nõ ex hoĩbꝫ. sed ex deo est.

Quid ergo ampliꝰ ẽ iudeo. aut que utilitas circũcisionis? Multũ per omnẽ modũ. primũ quidem. qm credita sunt illis eloquia dei. Quid enim si quidam illoꝝ nõ crediderunt? numqd incredulitas illoꝝ fidem dei euacuabit? Absit. Sit aũ deus verax. omis aũ homo mẽdax. sicut scriptũ ẽ. Ut iustificeris in sermonibꝫ tuis. z uincas cũ iudicaris. Si aũ iniquitas nra iustitiã dei cõmendat. quid dicemꝰ? Numquid iniquus ẽ deus. qui infert iram? Secm hominẽ dico. Absit. Alioquin. quo iudicabit deus hunc mundũ? Si enim veritas dei in meo mendacio abundauit in gloriã ipi. quid adhuc z ego tanquã peccor iudicor? z non sicut blasphemamur. z sicut aiunt nos quidam dicere. faciamus mala ut ueniant bona? Quoꝝ damnatio iusta ẽ. Quid ergo? præcellimus eos? Nequaqm. Causati enim sumus iudeos z grecos omes sub peccto esse. sicut scriptũ ẽ. Quia nõ ẽ iustus quisquam. nõ ẽ intelligens. nõ ẽ requirens deum. Oes declinauerunt. simul inutiles facti sunt. nõ est qui faciat bonũ. nõ ẽ usq; ad unum. Sepulchrum patens ẽ guttur eoꝝ. linguis suis dolose agebant. uenenum aspidũ sub labiis eoꝝ. Quoꝝ os maledictione z amaritudine plenum est. ueloces pedes eoꝝ ad effundendũ sanguinem. Contritio z infelicitas in uiis eoꝝ. z uiam pacis nõ cognouerunt. nõ est timor dei ante oculos eoꝝ. Scimus autẽ quia quecũq; lex loquitur. his qui in lege sunt loquitur. ut omne os obstruatur. z subditus fiat omis mundus deo. qm ex operibꝫ legis nõ iustificabitur omis caro coram illo. Per legem enim cognitio peccti. Nunc autẽ sine lege iustitia dei manifestata ẽ. testificata a lege z prophetis. Iustitia aũ dei. p fidem ihu xpi. in omes qui credunt. Non enim est distinctio. Omes enim peccauerunt. z egent gla dei. iustificati gratis p gratiam ipius. p redemptionẽ que est in xpo ihu. quem proposuit deus propitiationem p fidem in sanguine ipius. ad ostensionem iustitie sue. p remissionem ꝓtermissorum delictoꝝ in sustẽ

tatione dei ad ostensionē iustitie eius
in hoc tpe: ut sit ipe iustus & iustifi
ntem eum qui ex fide ē ihu xpi. Ubi ē
g̃ glatio tua? Excluta ē. Q̃ quam le
gem? factor? Non. Sz p legem fidei.
Arbitramur enī iustificari hominē p fi
dem sine op̄ibz legis. An iudeor ds
tm? Nonne & gentiū? Immo & gentī
um. Q̃m quidem unus ds. qui iusti
ficabit circūcisionē ex fide & p̄putiū
p fidem. Legem g̃ destruimus p fidē?
Absit. Sz legem statuimus.

III

Quid ergo dicamus inuenisse ab
raam patrē nr̄m secm̃ carnem?
Si enim abraham ex op̄ibz iustifica
tus ē hz glam sz nō apud dm̃. Quid
enī scriptura dicit? Credidit abraha
deo. & reputatū ē illi ad iustitiā. Ei
aūt qui operatur merces nō imputat sc̄
undm̃ gr̃am sz secm̃ debitū. Ei uo q̃
nō operatur credenti aūt in eū qui iusti
ficat impiū. reputabitur fides eius ad
iustitiam secm̃ p̄positū gr̃e dei. sicut
& dd dicit beatitudinē hominis. cui ds
accepto fert iustitiam sine op̄ibz. Bti
quor remisse sunt iniquitates. et
quor tecta sūt p̄cā. Bs uir cui nō ipu
tabit dns pcm̃. Beatudo ergo hec in ē
circumcisione manet an etiam in p̄putio?
Dicimus enī. q̃ reputata ē abra
he fides ad iustitiam. Quo g̃ reputa
ta ē? In circūcisione an in p̄putio? Nō
in circumcisione sz in p̄putio. Signū
accepit circūcisionis. signaculū iusti
cie fidei que ē in p̄putio. ut sit pa
ter omīū credentiū p̄putiū ut reputet
tur & illis ad iustitiam. & sit pr̄ circū
cisionis. nō his tm̃ qui sunt ex
circūcisione. sz & his qui sectant uestigia
fidei que ē in p̄putio p̄ris nr̄i ab
he. Non enim p legem promissio abrahe
aut semini eius. ut heres eet mundi.
sz p iustitiam fidei. Si enī qui ex lege
heredes sunt. exuanuita ē fides. abolita
ē promissio. Lex enī iram operatur. Ubi
enim nō est lex. nec p̄uaricatio. Ideo ex
fide. ut secm̃ gr̃am firma sit promissio
omi semini. non ei qui ex lege ē solū
sz & ei qui ex fide ē abrahe. qui ē pater
omīū nr̄m. sicut scriptum ē. Q̃ patrē
multar gentiū posui te ante deum
cui credidisti. qui uiuificat mortuos.
& uocat ea que nō sunt. tanq̃m ea que
sunt. Qui contra spem in spem credidit
ut fieret pr̄ multas gentiū secm̃ q̃d
dictum ē. Sic erit semen tuū sicut are
na maris. & sicut stelle celi. Et nō infir
matus ē fide nec consideauit corpus
suū emortuū. cum fere c. annor eet.
& emortuā uuluam sare. In repromissi
one ē dei nō hesitauit diffidentia. sz
confortat est fide. dans glam deo.
plenissime sciens. q̃ quecunq̃ promi
sit ds potens ē & facere. ideo & reputa
tum ē illi ad iustitiam. Non ē aūt scr̃ip
tum tm̃ p ipm̃ q̃ reputatū ē illi
ad iustitiam. sz & p nos quibz reputa
bitur credentibz in eū qui suscitauit
ihm xpm̃ dnm̃ nr̄m a mortuis.
qui traditus ē p delicta nr̄a. & resur
rexit p iustificationē nr̄am.

V

Iustificati g̃ ex fide pacem habeamus ad
dm̃ p dnm̃ nr̄m ihm xpm̃. p quē et
accessum habemus p fidem in gr̃am
istam in qua stamus. & glamur in
spe glie filiorū dei. Non solū aūt. sz &

glamur in tribulationibz. sacientes. qđ tribulatio patiam operatur. patia aũ probationem. probatio aũt spem. Spes aũ nõ confundit. qr caritas dei diffusa ẽ in cordibz nris. p spm scm q datus ẽ nob. Ut quid enim xps cũ adhuc infirmi eẽmus. scd in tempus p impiis mortuus ẽ. Vix enim p iusto quis moritur. nam p bono forsitan quis audeat mori. Commendat aũt suam caritatẽ ds in nob. qm cũ adhuc peccres eẽmus xps p nob mortuus ẽ. Multo g magis iustificati nunc in sanguine ipius. salui erimus ab ira p ipm. Si enim cum inimici eẽmus. reconciliati sumus deo per mortẽ filii eius. multo magis reconciliati salui erimus in vita ipius. Non solum aũt sed glamur in dõo p dnm nrm ihm xpm. p quem nunc reconciliationẽ accepimus. Propea sicut p unũ hoiem in hunc mundũ pccm intrauit. et pccm mors. et ita in omes hoies mors pertransiit. in quo omes peccauerũt. Usq; ad legem enim pccm erat in mundo. pccm aũt non imputabat. cum lex nõ esset. Regnauit mors ab adam usq; ad moysen. etiam in eos qui nõ peccauerunt in similitudine p uaricationis ade. qui ẽ forma futuri. Sed non sicut delictum. ita et donum. Si enim unius delicto multi mortui sunt. multo magis gra dei et donum in gra unius hois xpi ihu in plures habundauit. Et non sicut p unius peccantem ita et donum. Nam iudicium quidem ex uno in condemnationẽ. gra aũt ex multis delictis in iustificationẽ. Si enim in unius delicto. mors regnauit p unum. multo magis habundantiã gre et donationis et iustitie accipientes in vita regnabunt p unum ihm xpm. Igit sicut p unius delictum in omes homines in condemnationẽ. sic et p unius iustificata in omes homines in iustificationem vite. Sicut enim multi tra et p unius obedientiam iusti constituentur multi. Lex aũt subintrauit ut habundaret delictum. Sed ubi habundauit delictum. superhabundauit gra. ut sicut regnauit pccm in morte. ita et gra regnet p iustitiam in vitam eternam. per ihm xpm dnm nrm.

Quid ergo dicem? Manebimus in pccõ. ut gra habundet? Absit. Qui enim mortui sumus pccõ. quo adhuc uiuemus illo? An ignoratis qđ quicũq; baptizati sumus in xpo ihu. in morte ipius baptizati sumus. Consepulti enim sumus cum illo p baptismum in mortẽ. ut q̃d surrexit xps a mortuis p gloriam patris. ita et nos in nouitate vite ambulemus. Si enim complantati facti sumus similitudini mortis eius. simul et resurrectionis erimus. Hoc scientes q̃ vetus hõis noster crucifixus ẽ ut destruatur corpus pccõ. ut ultra non seruiamus pccõ. Qui enim mortuus ẽ. iustificatus ẽ a pccõ. Si aũt mortui sumus cum xpo. credimus q̃. simul etiam viuemus cum xpo. scientes q̃d xps resurgens ex mortuis iam non moritur. mors illi ultra non dominabitur. Qđ enim mortuus ẽ pccõ. mortuus ẽ semel. Qđ aũt viuit viuit deo. Ita et vos existimate vos mortuos quidem ẽ pccõ. viuentes aũt deo in xpo ihu dño nro. Non g regnet

Ubi autem abundauit delictum

pccm in uro mortali corpore ut obedi
atis concupiscentiis eius. Et nec exhi
beatis membra ura arma iniquitatis
pcco. sz exhibete uos deo tanqm ex mor
tui uiuentes. z membra ura arma iusti
cie deo. Pccm enim uob non dominabit. Non
enim sub lege estis. sed sub gra. Quid ergo
peccabimus. qm non sumus sub lege. sed
sub gra. Absit. Nescitis qm cui exhibe
tis uos seruos ad obediendu. serui estis
eius cui obeditis. siue pcci ad mortem siue
obedientie ad iusticiam. Gras aut do.
qd fuistis serui pcci. obeditis aut ex cor
de in eam formam doctrine in qua tradi
ti estis. Liberati aut a pcco. serui facti eius
iusticie. Humanu dico. propter infirmitate
carnis ure. Sicut enim exhibuistis mbra
ura seruire immundicie z iniquitati ad
iniquitate. ita nunc exhibete mbra ura
seruire iusticie in sanctificatione. Cum enim
serui essetis pcci. liberi fuistis iusticie.
Que ergo fructu habuistis tunc in quib
nunc erubescitis. Nam finis illoz mors
est. Nunc uo liberati a pcco. serui aut facti
deo. habetis fructu ura in sanctificatione.
finem uo uitam eternam. Stipendia enim
pcci mors. Gra aut dei uita eterna in x
po iesu domino nostro.

VII

An ignoratis fres. scientibus enim legem
loquor. qz lex in hoie dominatur
quanto tempore uiuit. Nam q sub uiro est
mulier. uiuente uiro alligata est legi. Si aut
mortuus fuerit uir eius. soluta est a lege
uiri. Igitur uiuente uiro. uocabitur
adultera. si fuerit cum alio uiro. Si aut
mortuus fuerit uir eius. liberata est a lege u
ri. ut non sit adultera. si fuerit cum alio u
ro. Itaq fres mei z uos mortificati es
tis legi p corpus xi. ut sitis alterius qui ex
mortuis resurrexit ut fructificemus
deo. Cum enim essemus in carne. passiones
pccoz que per legem erant operabantur
in mbris nris. ut fructificarent morti.
Nunc aut soluti sumus a lege mortis. in
qua detinebamur. ita ut seruiamus in no
uitate spus z non uetustate littere. Quid
ergo dicemus. Lex pccm est. Absit. Et pccm
non cognoui. nisi per legem. Nam concu
piscentiam nesciebam. nisi lex diceret.
non concupisces. Occasione aut accepta.
pccm per mandatu operatum est in me omnem
concupiscentia. Sine lege enim pccm mor
tuum erat. Ego aut uiuebam sine le
ge aliquando. Et cum uenisset mandatum. pec
catum reuixit. Ego aut mortuus sum. et in
uentum est mihi mandatum qd erat ad uitam
hoc est ad mortem. Nam pccm occasio
ne accepta. per mandatum seduxit me. et
per illud occidit. Itaq lex quidem sca. et
mandatum scm. et iustum. et bonum. Quod ergo
bonum est mihi mors. Absit. Sed
pccm ut appareat pccm. per bonum mihi
operatum est mortem. ut fiat sup modum pec
cans pccm per mandatum. Scimus enim
qd lex spiritalis est. ego aut carnalis sum
venundatus sub pcco. Quod enim operor. non
intelligo. Non enim qd volo bonum hoc ago.
sz qd odi illud facio. Si aut qd nolo illud
facio. consentio legi quoniam bona est.
Nunc aut iam non ego operor illud. sz qd
habitat in me pccm. Scio enim qz non habi
tat in me hoc est in carne mea bonum.
Nam velle adiacet mihi. perficere autem
bonum non inuenio. Non enim qd volo bo
num hoc facio. sz qd nolo malum hoc a
go. Si aut qd nolo illud facio. non ego

operor illud. ꝙ qđ hꝫ at in me pcm. Inueno ꝯ legem uolenti mihi facere bo num. quia mihi malū adiacet. Condelec tor enim legi dei. sđm interiorem hom nem. Video aūt aliam legem in mēbris meis repugnantē legi mentis mee. ꝛ captiuantem me in lege pcti. que est in membris meis. Infelix ego homo. qs me liberabit de corpore mortis hⁱ? Gra dei. p dñm nrm ihm xpm. Igitur ego ipe mente seruio legi dei. carne au tem legi peccati.

CAPITVLVM VIII

Nichil ꝺ nunc dampnationis ē his qui sunt in xpo ihu. qui nō sđm carnem ambulant. Lex enim spūs uite in xpo ihu. liberauit me a lege pcti ꝛ mortis. s. Nam qđ impossibile e rat legi. in quo infirmabatur p car nem. dś filiū suū misit in similitu dinem carnis pcti. ꝛ pro pcto dampnauit pcm in carne. ut iustificatio legis im pleretur in nob. qui nō sđm carnē am bulamus. ꝫ sđm spm. Qui enim sđm carnē sunt. que carnis sūt sapiunt. Qui uo sđm spm. que sunt spūs sentiunt. Nam prudentia carnis mors ē. Prudē tia aūt spūs uita ꝛ pax. Quia sapia carnis inimica ē deo. Legi enim dei nō subiacet. Nec enim potest. Qui aūt in carne sunt. deo placere nō possunt. Vos aūt in carne nō estis. ꝫ in spū. si tamen spūs dei hꝫ at in nob. Si quis aūt spm xpi nō hꝫ. hic nō ē eius. Si aūt xps in nob ē. corpus qui dem mortuū ē p pcm. spūs uō uiuit p iustificationem. Qđ si spūs eius q suscitauit ihm a mortuis hꝫ at in nob. qui suscitauit ihm xpm a mor tuis. uiuificabit ꝛ mortalia corpa ra p inhabitantē spm ei⁹ in nob. Ergo fres debitores sumus nō carni. ut sđm carnem uiuamus. Si enim sđm carnē uixeris. moriemini. Si aūt spū facta rum mortificaueris. uiuetis. Quicūq enim spū dei aguntur. hi filii sunt dei. Non enim accepistis spm seruitutis rursum in timore. ꝫ accepistis spm adoptiōis filioꝝ. in quo clamamus abba pater. Ipe spūs testimonium reddit spui nro. qđ sumus filii dei. Si aūt filii. ꝛ hereꝺes. Heredes quidem dei. coheredes aūt xpi. si tamen compatiamur. ut ꝛ conglorificemur. Existimo enim qđ nō sunt condigne pas siones huius temporis. ad futurā glām que reuelabitur in nob. Nam expectatio creature reuelationē filioꝝ dei expectat. Vanitati enim creatura sub iecta ē nō uolens. ꝫ ip qui subiecit in spe. Quia ꝛ ipa creatura liberabit a seruitute corruptionis in libertatē glē filioꝝ dei. Scimus enim qđ omnis creatura ingemiscit. ꝛ parturit usq adhuc. Non solū aūt illa. ꝫ ꝛ nos ipi primitias spūs hītes. ꝛ ipi intra nos ge mimus. adoptionem filioꝝ dei expe ctantes redemptionē corporis nri. Spe enim salui facti sumus. Spes aūt que uidetur nō est spes. Nam qđ uidet quis. qđ sperat? Si aūt qđ nō uidemus. per manentia. p patientiam expectamus. Similiter aūt ꝛ spūs adiuuat infirmitatē nrm. Nam qđ oremus sicut oportet nescimus. sed ipe spūs postulat p nob gemitib⁹ inenarrabilib⁹. Qui aūt scrutatur corda. scit quid desideret spūs. qr secundm dm postulat p sctis. Scimus aūt qm diligentibus dm omnia cooperantur in bonū. his

qui ꝺm̃ ꝓpm̃ uocati sunt ꝺm̃. Nam quos ꝑscit z ꝓdestinauit conformes fieri imaginis filii sui. ut sit ipe primogenit' in multis frib⁹. Quos aut̃ ꝓdestinauit hos z uocauit. Et quos uocauit hos z iustificauit. Quos aut̃ iustificauit illos z magnificauit. Quid ergo dicemus ad hec. Si deus ꝓ nob⁹ quis contra nos. Qui ꝺm̃ filio suo non pepercit sed ꝓ nob⁹ omnib⁹ eum dedit. Illi. Quo nō etiam cum illo oia nob⁹ donauit. Quis accusabit adu̅s dei electos dei. Deus qui iustificat. Quis ē qui condempnet. Ipe ihc qui mortuus ē imo qui z surrexit. qui ē ad dexteram dei. qui etiam intpellat ꝓ nob⁹. Quis nos separabit a caritate xpi. Tribulatio an angustia. an psecutio. an fames an nuditas. an periculum. an gladius. Sic scriptum ē. Quia ꝓpter te mortificam̃ tota die. estimati sumus sic oues occisionis. Sed in his omnib⁹ superamus. ꝓpter eum qui dilexit nos. Certus sum enim q̃ neq; mors neq; uita. neq; angeli. neq; principat' neq; uirtutes. neq; instantia. neq; futura. neq; fortitudo. neq; altitudo. neq; pfundum. neq; creatura alia pot̃it nos separare a caritate dei. que ē in xpo ihu dño nro.

IX

Veritatem dico in xpo. non mentior. testimoniū mihi phibente conscientia mea in spu sco. quia tristitia mihi ē magna z continuus dolor cordi meo. Optabam enim ego ipe anathema ee a xpo ꝓ fratrib⁹ meis qui sunt cognati mei scm̃ carnem qui sunt israhe. q̃r adoptio ē filior̃ z gla z testamenta. z legislatio z obsequium. z promissa. q̃r patres z ex quib⁹ xps scm̃ carnem. qui ē ds oium benedictus in scla amen. Non aut̃ q̃d excidit uba dei. Non enim omnes qui ex israhel hi sunt israhelite. neq; qm semen sunt abrahe omnes filii. sed in ysaac uocabitur tibi semen. Hoc est non qui filii carnis hi filii dei. sed qui filii sunt promissionis estimantur in semine. Promissionis enim uba hec est. Secundum hoc tempus ueniam. z erit sare filio. Non solum aut̃ illa. sed z rebecca ex uno concubitu habens ysaac patris nri. Cum enim nondum nati fuissent aut aliquid egissent bonu aut malu. ut secm̃ electionem ꝓpositum dei maneret. non ex opib⁹ sed ex uocante dictum ē ei. qm maior seruiet minori. sicut scriptum ē. Jacob dilexi. esau aut̃ odio habui. Quid ergo dicemus. Numquid iniquitas apud deum. Absit. Moysi enim dicit. misereor cui miserebor. z miserabor cui miserebor. Igitur non uolentis. neq; currentis. sed miserentis ē dei. Dicit enim scriptura pharaoni. Quia in hoc ipm̃ exci tauit te. ut ostendam in te uirtutem meam. z ut annuntietur nomen meum in uniuersa terra. Ergo cui uult miseretur. z quem uult indurat. Dicis mihi ergo. Quid adhuc queritur. Voluntati enim eius quis resistit. O homo tu quis es qui respondens deo. Numquid dicet figmentum ei qui se finxit. quid me fecisti sic. An non habet potestatem figulus ex eadem massa facere. aliud quidem uas in honorem aliud uero in contumeliam. Quid si uolens deus ostendere iram. z notam facere potentiam suam. sustinuit in multa patientia uasa ire apta in interitum. ut ostenderet diuitias

glē sue in uana mūe que ꝓparauit in
glam. quos ⁊ uocauit nos. ñ solū ex
iudeis. sz etiam ex gentibz. ⁊ sicut in
osee dicit. Vocabo nõn plebem meã.
plebem meã. ⁊ ñ amatã consecutã. in
dilectam consecutã. Et erit in loco ũ dic
tum ẽ eis. ñ plebs mea uos. ibi uo
cabuntur filii dei uiui. Ysaias aũt
clamat ꝙ tñr. Si fuerit numerus filio
rum isrl tanq̃m harena maris. reliq̃
ẽ salue fient. uerbũ enim cõsummans
⁊ abbreuians in equitate. qz ũbũ bre
uiatum faciet dñs sr̃ tram. Et sicut ꝙ
dixit ysaias. nisi dñs sabaoth reliq̃s
fec nõb semen. sic sodoma fũ essemus.
⁊ sicut gomorra simules fuissemus.
Quid ergo dicam? Qđ gẽs que ñ sec
tabantur iusticiam. apprehendit iu
sticiam. Iusticiam aũt que ex fide est.
Isrl uo sectando legem iustice. in le
gem iustice ñ uenit. Quare? Qa
non ex fide. sz quasi ex operib. Offen
derunt enim in lapidẽ offensionis. sicut
scriptũ ẽ. Ecce pono in syon lapidem
offensionis ⁊ petrã scandali. ⁊ omnis
qui credidit in eũ ñ confundet.

Fres. uoluntas quidem cordis
mei ⁊ obsecratio ad dñm fit ꝓ
illis in salutẽ. Testimoniũ enim phi
beo illis. qđ emulationẽ dei habẽt. sz
ñ secm scientiã. Ignorantes enim dei
iusticiam ⁊ suam querentes statue
re iusticie dei ñ sunt subiecti. finis
enim legis xp̃s ad iusticiam omni cre
denti. Moyses enim scripsit. qm iusti
tiam que ex lege est. qui fecerit ho
minem in ea. Que aũt ex fide ẽ iustica
sic dicit. Ne dixeris in corde tuo. Qs
ascendet in celũ? Id est xp̃m deducere.
Aut quis descendet in abyssum? Hoc
ẽ xp̃m ex mortuis reuocare. Sz quid di
cit scriptura? Prope ẽ ũbũ in ore tuo. ⁊ in
corde tuo. Hoc ẽ ũbũ fidei qđ ꝓdicam.
Quia si confitearis in ore tuo dñm ihm
⁊ in corde tuo credideris qđ ds illũ ex
citauit a mortuis. saluus eris. Corde
enim creditur ad iusticiam. ore aũt confes
sio fit ad salutẽ. Dicit enim scriptura.
Omnis qui credit in illũ ñ confundet.
Non enim ẽ distinctio iudei ⁊ greci. Nã
idem ds omnium. diues in omnes qui
inuocant illũ. Omnis enim quicũq; in
uocauerit nomen dñi. saluus erit. Quo
mõ ergo inuocabunt in quem ñ crediderũt.
Aut quo credent ei. quem ñ audierũt.
Quo aũt audient sine ꝓdicante. Quo
mõ ꝓdicabunt nisi mittantur. Sic scr̃i
tum ẽ. Quã speciosi pedes euangeli
zantium pacem. euangelizantium bona. Sz
ñ omnes obedierunt euangelio. Ysaias di
cit. Dñe quis credidit auditui nr̃o.
Ergo fides ex auditu. auditus aũt per
ũbũ xp̃i. Sz dico. Numquid ñ audierũt.
Et quidẽ in omnem tram exiuit sonus eor.
⁊ in fines orbis terre uerba eor. Sz dico.
Numquid isrl ñ cognouit. Primus
ysaias dicit. Ego ad emulationẽ uos
adducam in non gentem. in gentem insipi
entem. in iram uos mittam. Ysaias
aũt audet ⁊ dicit. Inuentus sum ñ que
rentibz me. palam apparui his qui
me ñ interrogabant. Ad filiũ aũt dicit.
Tota die expandi manus meas ad populũ
ñ credentẽ ⁊ contradicentẽ mihi.

Dico ergo. Numquid reppulit ds po
pulũ suũ? Absit. Nam ⁊ ego

ubstra sum ex semine abraham de tribu beniamin. Non repulit ds plebē suā quā pcognouit. An nescitis in helya quid dicit scriptura. quemadmodū interpellat ds aduersum israel. Domine prophetas tuos occiderunt. altaria tua suffoderūt. et ego relictus sum solus. et quārunt animam meam. Sed quid dicit illi responsū diuinum. Reliqui mihi vii. milia virorum. q̄ nō curuauerunt genua ad baal. Sic ergo et in hoc tēpore reliquie secundum electionē gratie salue facte sunt. Si autem gratia iam nō ex operibus. Alioquin gratia iam nō est gratia. Quid ergo. Quod querebat israel hoc non est consecutus. electio autem consecuta est. Ceteri autem excecati sunt. sicut scriptum est. Dedit illis ds spūm cōpunctionis. oculos ut nō videant et aures ut nō audiant usq; in hodiernum diem. Et dauid dicit. Fiat mensa eorum in laqueum. et in captionē et in scandalum et in retributionem illis. Obscurentur oculi eorum ne videant et dorsum illorum semper incurua. Dico ergo. Numquid sic offenderunt ut caderent. Absit. Sed illorum delicto salus gentibus. ut illos emulentur. Quod si delictum illorum diuitie sunt mundi et diminutio eorum diuitie gentium. quanto magis plenitudo eorum. Vobis enim dico gentibus. Quidem quidem ego sum gentium apostolus. ministerium meum honorificabo. si quo modo ad emulandum prouocem carnem meam et saluos faciam aliquos ex illis. Si enim amissio eorum reconciliatio est mundi quae assumptio. nisi vita ex mortuis. Quod si delibatio sancta est et malla. Et si radix sancta et rami. Quod si aliqui ex ramis fracti sunt. tu autem cum oleaster esses. insertus es in illis et socius radicis et pinguedinis olive facte es. noli gloriari aduersus ramos. Quod si gloriaris. non tu radicem portas. sed radix te. Dicis ergo. fracti sunt rami. ut ego inserar. Bene. propter incredulitatem fracti sunt. tu autem fide stas. Noli altum sapere. sed time. Si enim ds naturalibus ramis non pepercit. ne forte nec tibi parcat. Vide ergo bonitatem et seueritatem dei. In eos quidem qui ceciderunt seueritatem. in te autem bonitatem dei. si permanseris in bonitate. Alioquin et tu excideris. Et illi si non permanserint in incredulitate. inserentur. potens est enim ds. iterum inserere illos. Nam si tu ex naturali excisus es oleastro. et contra naturam insertus es in bonam oliuam. quanto magis hi qui secundum naturam inserentur sue oliue. Nolo enim vos ignorare fratres hoc mysterium. hoc ut non sitis vobis ipsis sapientes. quia cecitas ex parte contigit in israel. donec plenitudo gentium intraret. et sic omnis israel saluus fieret. sicut scriptum est. Veniet ex sion. qui eripiat et auertat impietates ab iacob. Et hoc illis a me testamentum. cum abstulero peccata eorum. Secundum euangelium quidem inimici propter vos. secundum electionem autem karissimi propter patres. Sine pnia enim sunt dona et vocatio dei. Sicut enim aliquando et vos non credidistis deo. nunc autem misericordiam consecuti estis propter illorum incredulitatem. ita et isti nunc non crediderunt in vestram misericordiam. ut et ipsi misericordiam consequantur. Conclusit enim ds omnia in incredu

ttrare. ut omnib⁹ misereat. Gaudendo
diuitiaz sapie ⁊ scie dei. q̄m incomp̄
hensibilia sunt iudicia eius. ⁊ inuestigabiles uie eius. Quis enī cognouit
sensum dñi. aut quis consiliarius eius
fuit. aut quis p̄or dedit illi ⁊ retribuetur ei. Quī ex ipo ⁊ p ipm ⁊ in ipo sunt
oīa. ipi gla in secula seculoꝝ amen.

XII

Obsecro itaq; uos fris p miam dei.
ut exhibeatis corpora uīa hostiā
uiuentem. scām. deo placentē. rationabilē obsequiū uīm. ⁊ nolite conformari huic seculo. sed reformamini in nouitate sensus uri. ut probetis que sit uoluntas dei bona ⁊ beneplacens ⁊ p̄fecta.
Dico enī p gram que data ē mihi oī
bz qui sunt inter uos. nō plus sapere q̄m oportet sapere. sed sapere ad sobrietatem.
⁊ unicuiq; sicut deus diuisit mēsurā
fidei. Sicut enī in uno corpore multa membra habemus. omnia aūt membra nō eundem actū habent. ita multi unū corpus sumus in xpo. Singuli aūt alter alterius membra. habentes aūt donationes diuersas in gram que data ē nobis differentes. Siue p̄phetiam secm̄ rationem fidei. Siue ministeriū in ministrando. Siue qui docet in doctrina. Qui exhortatur in exhortando. Qui tribuit in simplicitate. Qui p̄est in sollicitudine. Qui miseretur in hilaritate.
Dilectio sine simulatione. Odientes
malū. adherentes bono. Caritate
fraternitatis inuicem diligentes. Honore inuicem p̄uenientes. Sollicitudine nō pigri. Spū feruentes. dño seruientes. Spe gaudentes. in tribulatione patientes. Orōni instantes.

necessitatib⁹ scōꝝ cōmunicantes. hospitalitatē sectantes. Benedicite p̄sequentib⁹ uos. benedicite ⁊ nolite maledicere. Gaudere cum gaudentib⁹. flere cū flentibus.
Id ipm inuicem sentientes. Non alta sapientes. ⁊ humilib⁹ consentientes. Nolite esse p̄udentes apud uosmetipsos. nulli malum p malo reddentes. P̄udentes
bona. nō tm coram deo. ⁊ etiam coram
hominib⁹ omnib⁹. Si fieri potest. qd ex
uob⁹ ē cum omnib⁹ hominib⁹ pacē habentes. Non uosmetipsos defendentes k̄mi. ⁊
date locū ire. Scriptū ē enī. mihi uindictam. ⁊ ego retribuam dicit dñs. ⁊
si esurierit inimicus tuus. ciba illū.
Si sitit. potū da illi. hoc enī faciens.
carbones ignis congeres sup caput ei⁹.
Noli uinci a malo. ⁊ uince in bono malū.

XIII

Omnis aīa potestatib⁹
sublimioribus subdita sit. non ē enī
potestas. nisi a deo. Que aūt sūt
a deo. ordinata sunt. Itaq; qui resistit
potestati. dei ordinationi resistit. Qui
aūt resistunt. ipi sibi dampnationē
adquirunt. Nam p̄nces nō sunt timori boni op⁹. ⁊ mali. Vis aūt nō timere potestatē. Bonū fac ⁊ habebis
laudem ex illa. dei enī minister est tibi in bonū. Si aūt malefeceris. time.
Non enī sine causa. gladiū portat. dei enī minister ē. uindex in iram ei qui
malū agit. Idcō necessitate subditi esse
te nō solum p̄ iram. ⁊ p̄ conscientiam. Idcō enim ⁊ tributa p̄statis. ministri enī dei sunt. in hoc ipm seruientes. Reddite ergo oīb⁹ debita. Cui tributū. tributum. Cui uectigāl. uectigal. Cui timorē. timorē. Cui honorē.

honore. Eamus honeste sicut in die. non in comessationibus et ebrietatibus. non in cubilibus et impudicitiis. non in contentione et emulatione. sed induimini dominum ihm xpm. et carnis curam ne feceritis in desideriis.

CAPUT XIIII

Infirmum autem in fide assumite. non in dijudicationibus cogitationum. Alius enim credit manducare se omnia. Qui autem infirmus est olus manducet. Is qui manducat. non manducantem non spernat. Et qui non manducat. manducantem non judicet. Deus enim illum assumpsit. Tu quis es qui judicas alienum servum. Suo domino stat aut cadit. Stabit autem. Potens est enim deus statuere illum. Nam alius judicat diem inter diem. Alius autem judicat omnem diem. Unusquisque in suo sensu abundet. Qui sapit diem. domino sapit. Et qui manducat. domino manducat. gratias enim agit deo. Et qui non manducat domino non manducat. et gratias agit deo. Nemo enim nostrum sibi vivit. et nemo sibi moritur. Sive enim vivimus. domino vivimus. sive morimur. domino morimur. Sive ergo vivimus. sive morimur. domini sumus. In hoc enim xpc mortuus est et resurrexit. et vivorum et mortuorum dominetur. Tu autem quare judicas fratrem tuum. aut tu quare spernis fratrem tuum. Omnes enim stabimus ante tribunal dei. Scriptum est enim. Vivo ego dicit dns quia mihi flectetur omne genu. et omnis lingua confitebitur deo. Itaque unusquisque nostrum pro se rationem reddet deo.

Non ergo amplius invicem judicemus. sed hoc judicate magis. ne ponatis offendiculum fratri. vel scandalum. Scio et confido in domino ihu. quia nichil commune per ipsum. nisi ei qui existimat quid commune esse illi commune est. Si enim propter cibum frater tuus contristatur. iam non secundum caritatem ambulas. Noli cibo tuo illum perdere. pro quo xpc mortuus est. Non ergo blasphemetur bonum nostrum. Non est regnum dei esca et potus. sed justicia et pax et gaudium in spu scto. Qui enim in hoc servit xpo. placet deo et probatus est hominibus. Itaque quae pacis sunt sectemur. et quae edificationis sunt in invicem custodiamus. Noli propter escam destruere opus dei. Omnia quidem munda sunt. sed malum est homini qui per offendiculum manducat. Bonum est non manducare carnem. et non bibere vinum. neque in quo frater tuus offendit aut scandalizatur. aut infirmatur. Tu fidem habes penes temetipsum. habe coram deo. Beatus qui non judicat semetipsum in eo quod probat. Qui autem discernitur. si manducaverit damnatus est. quia non ex fide. Omne autem quod non est ex fide. peccatum est.

CAPUT XV

Debemus autem nos firmiores. infirmitates infirmorum sustinere. et non nobis placere. Unusquisque nostrum proximo suo placeat in bonum ad edificationem. Etenim xpc non sibi placuit. sed sicut scriptum est.

ꝑ̄ō. unguenta unguentarii ⁊ ceciderunt sup me. Quecumq; enī scripta sunt ad nr̄am doctrinam scripta sūt ut p̄ patiam ⁊ consolationem scripturar. ꝙm̄ beatꝰ

Ds aūt pacis ⁊ solatij det uob id ipsū tapē in alterutrū sēm in xp̄m ihū ut una mentes uno ore honorificetis dn̄m ⁊ patrem dn̄i nr̄i ihu xp̄i. Qp̄ ꝯsuscepit te unusq; sicut ⁊ xp̄s suscepit uos in honorē dei. Dico enim xp̄m ihm nrm circūcisionis p̄ veritatē dei ad confirmandas promissiones patrū. gs aūt sūm misericordia honorare deum de scīptum ē. Qp̄ hoc confitebor ⁊ in gentib; dīe ⁊ nomini tuo cantabo. Et iterū dic. Letamini gs. cum plebe ei⁹. Et iterum. Laudate omes gs dn̄m ⁊ magnificate eū omes pp̄. Et rursū ysaias ait. Erit radix iesse ⁊ qui exurget regere gs. in eū gs sperabunt. Ds aūt spei repleat vos omni gaudio ⁊ pace in credendo. ut abundetis in spe ⁊ virtute sp̄s scī. Certus sum aūt fris mei ego ipe de vob. quia ⁊ ipi pleni estis dilectione repleti omni scīa. ut ita possitis alterutrū monere. Audacius aūt scripsi vob fres ex parte tanq̄m in memoriā vos reducens p̄ gratiam que data ē mihi a deo. ut sim minister x̄i ihu in gentib; sanctificans euāngliū dei. ut fiat oblatio gentiū acceptabilis ⁊ sanctificata in sp̄u scō. Habeo g̃ glām in x̄o ihu ad dn̄m. Non enī audeo aliquid loqui eoz que p me nō effecit xp̄s in obedientiam gentiū verbo ⁊ fris in virtute sig-
noꝝ ⁊ prodigioꝝ in virtute sp̄s scī. ita ut ab ierl̄m p̄ circuitū usq; in illyricū repleverim euāngliū x̄i. Sic aūt hoc p̄dicaui euāngliū ubi nominatus est

xp̄s. ne sup alienū fundamentū edificarē. sicut scriptū ē. Quibus nō est annunciatū de eo videbunt ⁊ qui nō audierūt intelligent. Propt̄ qđ ⁊ impediebar plurimū venire ad vos. nunc aūt ultra non locū habēs in hīs regionib; desiderium habens veniendi ad vos ex multis annis. cum proficiscar in hyspaniam. spero enī me in trāsitu videre vos ⁊ a vob deduci illuc. si vob primum ex parte fruitus fuero. nunc aūt proficiscar in ierl̄m ministrare scīs. Probauerunt enī macedonia ⁊ achaia collationē aliquā facere in pauperes scōꝝ qui sunt in ierl̄m. placuit enī eis ⁊ debitores sunt eoz. nam si spiritalib; eoz participes facti sunt gentiles. debent ⁊ in carnalib; ministrare eis. Hoc igit cum consummauero ⁊ assignauero eis fructum hunc. proficiscar per vos in hyspaniam. Scio aūt quoniā cū venero ad vos. in abundantia bñdictionis x̄i veniam. Obsecro aūt vos fres. p dn̄m nr̄m ihm xp̄m. ⁊ p caritatē sp̄s scī ut adiuuetis me in orationib; ad dn̄m. ut liberer ab infidelib; qui sunt in iudea. ⁊ obsequij mei oblatio accepta fiat in hierl̄m scīs. ut veniam ad vos in gaudio per voluntatē dei. ⁊ refrigerem vobcū. Ds aūt pacis sit cū omnib; vob amen.

CAPVT XVI

Cōmendo aūt vobis phebem sororem nr̄am que ē in ministerio ecclie que ē cenchris. ut eam suscipiatis in dn̄o. digne scīs. ⁊ assistatis ei. in quocūq; negotio vr̄i indiguerit. Etenim ipa quoq; astitit multis. ⁊ mihi ipi. Salutate priscam ⁊ aquilam. adiutores meos in xp̄o ihu. qui p aīa mea suas cervices suppoluerūt. in hīs regionib; cupiditatē aūt hīs

quib; ñ tolus ego grãs ago. tz r cum
ẽre eccliæ gentium. r domesticam eoꝝ
ecclam. Salutate ephenetũ dilẽm mi-
qui ẽ primitiuus achę in xp̃o. Salutate
mariam que multũ laborauit in uo-
bis. Salutate andronicũ r iuliã cog-
natos r concaptiuos meos qui sunt
nobiles in aplis. qui r ante me fuer
in xp̃o. Salutate ampliatũ. dilectiss
mum mi in dño. Salutate urbanũ ad
utorẽ nr̃m in x̃o r stachyn dilẽm meũ.
Salutate apellẽ pbũ in x̃o. Salutate
eos qui sunt er aristoboli domo. Salu
tate herodionẽ cognatũ meũ. Salutate
te eos qui sunt ex narcissi domo. qui
sunt in dño. Salutate tryphenam et
tryphosam que laborant in dño. Salu
tate ptidam karissimã. que multũ la
borauit in dño. Salutate rufũ electũ
in dño. r matrem eius r meã. Salutate a
sincletũ. phlegontam. hermen. patro
bam. hermam r qui cum eis sunt frẽs.
Salutate philologum r iuliam. nereum
r sororẽ eius r olimpiadẽ r omẽs qui
cum eis sũt sctos. Salutate inuicẽ in os
culo sct̃o. Salutant uos omẽs eccliæ
xp̃i. Rogo aũt uos frẽs ut obseruetis
eos qui dissensiones r offendicula pẽ
dorinam quã uos didicistis faciunt
r declinate ab illis. Huiusmodi enĩ xp̃o
dño nr̃o non seruiunt. sz suo uentri. et
p dulces sermones r benedictiones
seducunt corda innocentũ. Vestra enĩ
obedia in omẽ locum diuulgata ẽ. Gau
deo ergo in uob. sz uolo uos sapientes ee
in bono r simplices in malo. Deus aũt
pacis conteret sathanam sub pedib;
uris uelociter. Gra dñi nr̃i ihu xp̃i
uob̃cũ. Salutat uos timothe adiutor
mus. r lucius r iason r sosipater cognati
mei. Saluto uos ego tertius. qui scripsi epi
stolam in dño. Salutat uos gaius hos
pes mus. r uniuersa ecclia. Salutat uos
erastus arcarius ciuitatis. et frr̃ us frat.
Gra dñi nr̃i ihu xp̃i cum omnib; uob
amẽ. Li aũt qui possent ẽ uos confirma
re uñ̃ euãgelium meũ. r pdicationem
ihu x̃i. secdm reuelationem mysterii temp;
eternis taciti. qd nũc patefactũ ẽ. p scrip
turas pphar̃. secdm pceptũ eterni dei ad
obedientiam fidei in omnibus gentib;
cognitum sole; sapienti deo p ihm xp̃m cui
honor r gla in scla sclor̃ amẽ. Explicit
epla ad romanos. Incipit argumentum i
Corinthi sunt epla. i. ad corinth.
achaia. Ihr scribit ab aplis ad
decorum ubi ornatus. r sub
illi sunt multiplices a fal
sis aplis. quidam a philosophie ubo
sa eloquentia. alii a secta legis inducẽ
inducti scribit hos reuocat aplis ad ue
ram r euangelicam sapiam scribens eos
ab ephelo p timotheũ disciplinã suã.
Explicat argumentũ. Incipit epla pauli
Paulus ap̃s. i. ad corinth.
uocatus aplus x̃i ihu
p uoluntatem dei r
sosthenes frr̃ eccliæ dei
que est corinthi. sctifi
catus in xp̃o ihu uo
catus sctis cum omnib; qui inuocant
nom̃ dñi nr̃i ihu xp̃i in omni loco
ipor̃ r nr̃o. Gra uob r pax a deo pa
tre nr̃o r dño ihu xp̃o. Gratias ago
deo meo semp p uob in gra dei q̃
data ẽ uob in xp̃o ihu. qz in oĩb;

dumtes fili eius in illo. in omni ubo et in omni scientia. sicut testimonium xpi confirmatum est in uob. ita ut nichil uobis desit in ulla gratia expectantibz revelationem dni nri ihu xpi. qui et confirmabit uos usq; ad finem sine crimine in die adventus dni nri ihu xpi. fidelis ds. p quem uocati estis in societatem filii eius ihu xpi dni nri. Obsecro aut uos fres p nomen dni nri ihu xpi. ut id ipm dicatis omes. et non sint inter uob scismata. sitis aut perfecti in eodem sensu. et in eadem sententia. Significatum est enim mihi de uob fres mei ab his qui sunt cloes. q; contentiones sunt inter uos. Hoc aut dico. q; unusquisq; uestrum dicit. ego quidem sum pauli. ego aut apollo. ego uo cephe. ego aut xpi. Numquis est xps. Numquid paulus crucifixus est p uob. aut in nomine pauli baptizati estis. Gratias ago deo meo q; neminem uestrum baptizaui nisi crispum et gaium ne quis dicat q; in nomine meo baptizati estis. Baptizaui aut et stephane domus. Ceterum nescio si quem alium uestrum baptizauerim. Non enim misit me xps baptizare. sed euangelizare. Non in sapientia ubi ut non euacuetur crux xpi. Verbum enim crucis. pereuntibz quidem stultitia est. his aut qui salui fiunt. id est nobis virtus dei est. Scriptum est enim. Perdam sapientiam sapientium. et prudentiam prudentium reprobabo. Ubi sapiens ubi scriba. ubi conquisitor huius seculi. Nonne stultam fecit ds sapientiam huius mundi. Nam q; in dei sapientia non cognouit mundus per sapientiam deum placuit deo per stultitiam predicationis

